



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Tractatus II. Institutiones Theologiæ Asceticæ Complectens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

TRACTATUS II.
INSTITUTIONE
THEOLOGICÆ ASCETICÆ
COMPLECTENS.

Proœmium.

QUID sit Theologia Ascetica, pariter et
quæ in præfatione hujus Institutionis
sunt, & paulò post fusiùs explicabuntur
ter, quòd scilicet sit Scientia supernaturalis ac
fectionem consequendam dirigens. Ex qua
nitione facillè patet, quantopere hæc Scientia
Pastori animarum curam gerenti conveniat,
nim vi vocationis suæ Sapientibus æquè ac in
tibus debitor sit, id est, non eos duntaxat,
communem & ordinariam viam Mandatorum
illos etiam, qui per breviorẽ & arctiorem
Consiliorum Evangelicorum ad ultimum
nem ac terminum tendere decreverunt, dirigere
& manuducendos obligatus sit, hoc autem
non possit, nisi ipse perfectam hujus viæ
acquisierit, rectè concluditur, Scientiam hæc
ceticam, si ulli alteri, Sacerdotibus curam gerentibus
bus sumamopere necessariam esse. Hæc certe
est, cur Theologi & Patres Spirituales non
doceant, Episcopos non tantum ad Perfectam
sectandam ad modum Religiosorum obligari.

omnino perfectos esse debere, eò quòd ad alios do-
 cendos & manuducendos virtute sui muneris obli-
 gentur, *omnis autem doctrina*, ut sapienter Clemens
 Alexandrinus l. 5. Strom. advertit, *generatio quæ-*
dam sit, ut, quemadmodum non generantur Homines, nisi
in perfectione atatis & virium; ita neque Filios Spiritua-
les, nisi à perfectione virtutum nasci contingat. Cùm
 ergo Episcopi hoc munus Instructionis modò ple-
 rumque non per seiplos, sed per immediatos Pasto-
 res & Curatores animarum exerceant, clarè profe-
 ctò liquet, hos non minùs, quàm Episcopos perfe-
 ctos esse debere, atque ad eò & scientiam illam, quæ
 ad perfectionem dirigit, ipsis præcipuè convenire,
 ut de illis perinde ac de antiquo illo Pastore Jacobo
 cum veritate dici possit, quod Salomon Sap. 10.
 pronuntiavit: *Iustum deduxit per vias rectas, & osten-*
dit illi Regnum DEI, dedit illi scientiam Sanctorum, ho-
restavit illum in laboribus, & complevit labores illius.
 Quia autem etiam hæc scientia sine Magistro non
 addiscitur, plerique autem Authores Ascetici fusè
 ut speculativè nimis de hac materia scripserunt,
 deo operæ pretium me facturum existimavi, si bre-
 ve compendium totius Scientiæ Asceticæ ad praxin
 ordinatum offerrem, ex quo quivis hujus Scientiæ
 discendæ cupidus clarè & ordinatè discere possit,
 quidquid ad illam Scientiam requiritur. Divide-
 tur autem totus hic Tractatus in quinque partes,
 partium 1. de Theologia Ascetica in communi. 2.
 Theologia Ascetica per viam purgativam diri-
 gite. 3. de Theologia Ascetica per viam illumi-
 nativam ducente. 4. de Theologia Ascetica per viam
 manuducente. 5. denique de modo &
 locis proficiendi in Theologia Ascetica tractabit.

P A R S I.
DE THEOLOGIA ASCETICA
IN COMMUNI.

CAPUT I.

QUODNAM SIT OBJECTUM
THEOLOGICÆ ASCETICÆ.

I. **Q**uemadmodum in aliis Scientiis duplex plerumque
est objectum, materiale scilicet, & formale, ut
ex quorum clariori cognitione, ipsa etiam Scientiæ
facilius cognoscitur; ita in Ascetica quoque Scientiæ
natura illius, præstantiâque tantò clariùs cognoscatur,
omnia objectum illius materiale & formale indaganda.

II. Objectum ergo materiale quod attinet, illud
aliud est, quàm operationes voluntatis, quatenus
sunt ipsius perfectionis recipiendæ; cum enim perfectio
sequenti capite dicetur, in caritate velut perfecta
summi boni consistat, caritas autem in voluntate
suo subjecto resideat, meritò voluntatis etiam
operatio potius objectum proximum, quàm operationes
quæ statuuntur, licet hæ etiam præsuppositivè
multumque conducant ad perfectionem caritatis
dicendam.

III. Ex qua doctrina circa objectum materiale
posita facile nunc est ipsum etiam objectum formale
re, quòd scilicet illud nihil aliud sit, quàm ipsa
voluntas ad supremum finem optimo, quo obrineri potest
consequendum; per hanc quippe formalitatem
Theologia Ascetica à reliquis quatuor Theologiis
distinguitur, quæ omnes vel circa DEVM speculativè
taxat consideratum, vel certè non sub hac ratione
suis possessionis spectatum versantur, uti ex iis, quæ
sequenti capite de perfectionis natura dicentur,
manifestabit.

CAPUT II.

QUID SIT PERFECTIO?

I. Perfectio in genere nihil aliud est, quam plena & absoluta finis sui ultimi consecutio; tunc enim res quælibet in suo genere perfecta censetur, cum finem, propter quem facta aut creata est, plenè est assecuta, uti omnium rerum creaturarum inductione patet; cum ergo & Homo creatus sit ad hunc finem, ut Dominum DEVM suum velut summum bonum in hac vita inchoativè, in altera verò vita perfectè possideat, hæc autem possessio non possit per realem conjunctionem viâ ordinariâ fieri, necessariò per unionem moralem, nempe per cognitionem & amorem fieri debet; & hoc scilicet DEVS ipse Gen. 1. indicavit, dum hominem ad imaginem suam conditum esse dixit. Hoc & Christus Matth. 5. innuit dicens: *Estote perfecti, sicut Pater vester celestis perfectus est.* Ubi utique non requisivit, ut in quantitate perfectionis Patri æterno similes essent (hoc enim constabat impossibile esse) sed in iisdem omnibus operationibus perfectionem suam sitam esse existimarent, in quibus perfectio Patris consistit, videlicet quòd sicut Pater æternus seipsum cognoscendo generat Filium, & dum hunc infinitè amat, & vicissim ab ipso taliter amatur, spirat cum ipso Spiritum Sanctum, sicque per istam cognitionem & amorem sui quodammodo tota Trinitas exurgit; ita & Homines tunc se perfectos esse existimarent, si per cognitionem & amorem eidem moraliter adhererent, & sic unus cum eo Spiritus fierent quemadmodum Apostolus 1. Cor. 6. loquitur.

II. Ut verò clariùs adhuc iste finis & perfectio Hominis cognoscatur, supponendum est, duplicem inter Homines amorem reperiri, concupiscentiæ scilicet, & amicitie; prior est, quo alteri bonum optamus, gratulamur, vel procuramus propter nos, & bonum nostrum; posterior est, quo alteri bonum volumus propter solam ipsius Personam, sine respectu ad bonum nostrum. Et in hoc amore, qui propriè amor dici meretur, consistit perfectio & beatitudo Hominis. De quo tamen ulterius sciendum est, quòd etiam ipse ultimus subdividatur in affectivum & effectivum. Affectivus est,

est, quo alicui præcisè bonum, quod habet, aut habere potest, per internum affectum gratulamur, vel optamus, ab eo, quod ullum conatum adhibeamus, ad tale bonum esse procurandum. Effectivus est, quo actu aliquid facimus propter alterius amorem. Utroque hoc amore se perfectè amat DEVS, dum scilicet & summè sibi complacet in se, gaudetque infinitè, quod sit, qui est, summè sapiens, potens &c. & omnia, quæcunque ad extra operatur, & etiamnum operatur, propter se duntaxat, & propter gloriam suam facit, quæ gloria in eo consistit, ut ipsius bene cognoscatur, & super omnia ametur. Cùm ergo, testem natenfi in loc. com. summa hominis perfectio sit, primo suo conjungi, illique, quatenus licet, perfectè assimilari rectè concluditur, etiam ipsum duplici hoc amore DEVM diligere debere, si perfectus esse velit; atque adeò totam industriam ac conatum eò unice referendum esse, ut nec tùm DEO suum esse infinitum ex animo gratuletur, sed in suis actionibus se sanctissimo ejus beneplacito perfectè conformet, ita ut idem cum eo velit, & nolit, idem vult, & non vult, & non vult; seu, ut alii clariùs dicunt, ut semper faciat, quod vult DEVS, & quomodo vult DEVS, & quia vult DEVS, hæc ratione namque se conformat, *substantiam, modum, & finem* atque adeò perfectissimè format, uti appositè quidam sequenti distycho expressè

Omne tulit punctum, patitur qui semper, agitque

Quæ vult, quòve modo vult DEVS, & quia vult
Ut adeò meritò DEVS de Davide velut viro perfectò dixit: *Inveni David virum secundum cor meum, qui omnes voluntates meas*, indicare scilicet volens, cum perfectionem in voluntate divina adimplenda impendit, & quoad substantiam id semper elegit, quod DEVS sibi placere intellexerat; & quoad modum quoque illum, quem DEVS gratiorem esse cognoverat; & quoad finem denique solum DEI beneplacitum purissimè intendit, quod sibi fuit. Quod ipsum etiam in ipso DEI amore, quo se diligens amat, quique est exemplar nostri amoris cernere debet, imprimis semper facit, quod vult juxta illud, *Placuit Omnia, quæcunque voluit, fecit.* Et quo modo vult, quomodo optimo, juxta illud Gen. 1. *Viditque DEVS cuncta quæ*

fecerat, & erant valde bona. Et tandem quia vult juxta illud Prov. 16. *Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.* Idem etiam in ipſo Chriſto perfectiſſimè cernere eſt, ut qui ſemper quoque id faciebat, quod DEVS Pater volebat, uti ipſe Joan. 6. faſſus eſt: *Et non reliquit me ſolum, quia qua placita ſunt ei, facio ſemper.* Et quo modo Pater volebat, uti Populus Marc. 7. de ipſo teſtatus eſt dicens: *Bene omnia fecit: & verò ipſe etiam per verba illa in cruce prolata, Conſummatum eſt: ſatis confirmavit. Et quia Pater volebat, juxta illud Joan. 8. proprium teſtimonium: Ego non quæro gloriã meam, ſed eius, qui miſit me.*

III. Ex qua explicacione perfectionis obiter colligi poteſt, etſi Aſceta interdum diverſimodè illam explicent, & alii quidem dicant, eam in perfecta conformitate voluntatis humanæ cum divina, alii in perfecta quotidianarum actionum tranſactione, alii in illis Davidicis verbis *declina à malo, & fac bonum*; alii deique in hoc, ut homo Dominum DEVM laudet, revereatur, & amet, eique ſervire ſalvus fiat, conſiſtere; omnes tamen in ſubſtantia convenire, ſaterique debere, perfectionem in caritate conſiſtere; ſed quia non omnes ſatis cognoscere videbantur, in quo conſiſtat caritas, ideo conati ſunt clariùs eandem per modos paulò ante indicatos explicare; ex quibus tamen omnibus modis iſte, quo dicitur, caritatem in eo præcipuè conſiſtere, ut quis ſemper id faciat, quod DEVS vult, quo modo vult, & quia vult (quem P. Rodriquez p. 1. tr. 2. c. 1. & P. Vincentius Caraffa in ſuo Itinerario inſinuant) præ cæteris aptus & facilis videtur ad naturam perfectionis & caritatis explicandam, & quidem ob tres cauſas. 1. Quia diſtinctiùs caritatis officia explicat, quàm alii; nam, licet dicas, caritatem in perfecta conformitate voluntatis humanæ cum divina conſiſtere, aut in perfecta tranſactione quotidianarum actionum, adhuc tamen explicandum reſtat, quando vel voluntas perfectè conformata, vel opera quotidiana perfectè tranſacta dici debeant, quod quidem hic modus clariùs explicat, dum ait, tum perfectam laudem, ſervitium & amorem DEI haberi, quando actiones in ſubſtantia, modo, & ſine, divino beneplacito conformes habentur; quomodo enim aut Opus ſuum Artificem perfectiùs laudare, aut

re, aut servus perfectiùs servire, aut sponsa sponsum perfectiùs amare possunt, quàm si semper agant, quæ, quomodo, & quia Artifici, Domino, sponso maximè placeat.

2. Quia ex hoc ipso modo explicandi perfectionem facillè colligitur, quantum aliquis in perfectione profecerit, non enim quilibet ex his tribus actibus alios sub se gradus conueniat, & quoad *substantiam* quidem ille censeatur Deo magis placere, in quibus homo plùs abstinet, aut sustinet, aut non ad propriam duntaxat, sed alienam etiam salutem dirigatur: quoad *modum* verò DEO magis placeat, qui diligentè, alacriter, & constanter operatur: & quoad *finem* denique magis placeat, qui minùs de solatio, præmio, laude humana pro operibus suis quærit, aut admittit, facilius patet, tantò majorem quemque in perfectione profecerit fecisse, quantum perfectiùs gradus hos assignatos impleverit.

3. Quia idem modus percommode etiam ostendit, quantum quis in suo statu perfectus esse possit, atque adeo quomodo à Christo per illa verba Matth. 5. ad perfectionem imitari sint; *Estote perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est*. etsi enim multi excusare se possint, quòd non possint vana austeritates, aliàque opera valde ardua suscipere, nec tamen excusare se potest, quòd non possit facere, quia Deus, & quo modo vult, & quia vult, cum Deus nihil homine ultra vires & statum illius exigat, & ut bene Thomas Kempensis l. 1. c. 15. advertit, magis penset, ex quo to quis agat, quàm quantum faciat. Quæ omnia pariter siùs explicanda erunt, quia super illis tanquam solidò fundamento omnia, quæ deinceps de perfectione dicentur, construenda atque fundanda sunt.

CAPUT III.

QUOTUPLEX SIT PERFECTIO

1. **H**Æc divisio meliùs explicari non potest, quin Thomam Ducem sequamur, qui, ubi in 2.2.2. fusè probasset, perfectionem in caritate consistere, et illa sit unio cum Deo utpote ultimo fine, postea a. 1. 1. riuùs progreditur, ad diversam habitudinem caritatis.

candam, dum ait caritatem quadrupliciter considerari posse
 1. Ex parte diligibilis, ut diligatur aliquid, quantum dili-
 gi potest; & sic Deus nec in via, nec in patria perfectè dili-
 gi potest, cum sit infinitè diligibilis. 2. Ex parte diligentis;
 ubi tunc caritas est perfecta, quando quis diligit tantum,
 quantum potest, quod contingit tribus modis; quorum pri-
 mus est, ut totum cor hominis actualiter semper feratur in
 Deum, & hæc est perfectio caritatis in patria, unde & perfe-
 ctio *beatitudinis* vocari potest; in via namque ordinariè pos-
 sibilis non est ob humanæ vitæ infirmitatem. Secundus
 modus est, ut quis totum cor suum habitualiter ponat in
 DEO, ita scilicet, ut nihil cogitet, velit, quod divinæ di-
 lectioni sit contrarium, quale est solum peccatum morta-
 le; & hæc caritas, quia est de necessitate salutis, meritò per-
 fectio *necessitatis* appellari potest. Tertius modus est medius
 inter hos duos, ad quem duo capita requiruntur. 1. Ut,
 quandoquidem aliquis actualiter in Deum semper ferri non
 potest, conetur saltem, quantum necessitas præsentis vitæ
 patitur, actualiter cum DEO uniri; sicut enim in cælo est
 una continua amoris operatio, ita in hac vita tantò magis
 participat homo de illius status perfectione & beatitudine,
 quantò magis participat de unitate & continuitate amoris,
 quod fieri potest, si ipsam etiam cessationem, puta somni
 vel occupationis naturalis ad prædictam amoris operatio-
 nem ordinet. 2. Ut vitia & passiones sic habeat mortifica-
 tas, ut ab illis vix aut parùm retardetur in unione cum Deo,
 sed potius fruatur pace interna, quæ est effectus perfectæ ca-
 ritatis, & consistit in hoc, quòd omnes motus appetitivi in
 uno homine conquiescant, & sic unionem inter se habeant;
 quæ quidem perfectio in hac vita haberi potest, estque sum-
 ma perfectio, ad quam tamen quia nemo per se obliga-
 tur, sed solummodo sub consilio est, ideo perfectio *consi-
 lis* vocatur.

11. Alii cum S. Bernardo triplicem perfectionem juxta
 triplicem caritatem, Dei scilicet, Proximi, & sui ipsius di-
 stinguunt, & hanc à Christo Matt. 22. indicatam volunt,
 dum legis Doctore quærenti, quod esset mandatum ma-
 gnum in lege? respondit: *Diliges Dominum Deum tuum ex
 toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua; hoc*

est primum & maximum mandatum; secundum autem finis est huic: *Diliges Proximum tuum sicut teipsum.* De qua triplici perfectione locutus est S. Bernardus S. 1. de Festo Petri & Pauli, dum dixit: *Arbitror, quod tu, qui in Congregatione es, bene vivis, si vivis ordinabiliter, sociabiliter humiliter. Ordinabiliter tibi, sociabiliter proximo, humiliter DEO.*

III. Alii juxta varios vitæ spiritualis & caritatis dividunt perfectionem in vitæ activæ, contemplativæ, mixtæ perfectionem. Activa vitæ perfectio est, quæ expresso studio actionibus vacat, ut se ad contemplationem veritatis, & amoris perfectionem disponat. Contemplativa vitæ perfectio est, quæ mentem a terrenis abductam divina, atque in ipsum DEUM transfert. Mixtæ denique vitæ perfectio est, quæ utriusque prædictæ vitæ activæ conjungit, & miscet, atque ad animarum salutem præsertim ordinat. De quibus tribus speciebus, perfectio sic loquitur S. Augustinus l. 10. de civ. c. 2. & 19. *In illis vitæ generibus, uno scilicet non segniter, sed in contentione & inquisitione veritatis otioso, altero in gerendis humanis negotioso, tertio ex utroque genere comparato, quis salva fide quisque possit in quolibet eorum vitam ducere ad sempiterna premia pervenire, interest tamen, quid teneat veritatis, quid officio caritatis impendat.*

IV. Alii denique caritatem secundum triplicem gradum incipientium, proficientium, & perfectorum considerant, dividunt perfectionem in vitæ purgativæ, illuminativæ, unitivæ perfectionem; quamquam hæ triplices vitæ partes integrales perfectionis, vel perfectæ caritatis, species dici debeant. Est autem hæ divisio triplicis vitæ cæteris apta ad naturam perfectionis explicandam, atque ab Ascetis & Patribus Spiritualibus ordinariè utitur, quorum vestigiis proinde insistendo, etiam in hac perfectione eam potissimum adhibere placuit ad Theologiam activæ naturam atque præstantiam declarandam. Proinde intelligenda.

V. Notandum est, in Sacra Scriptura vitam nostram passim ambulationi, per quam ex hoc mundo velut ex cælum velut Patriam nostram ambulemus. Sic enim

stus Jo. 12. hortatur: *ambulate, dum lucem habetis*; sic S. Paulus 1. Thess. 4. *in sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt*. Sic DEUS ipse Salomonem 3. Reg. *Si ambulaveris in viis meis &c.* Sic Ezechias ad DEUM 4. Reg. 20. ait; *Obsecro, Domine, memento, quaeso, quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto*. Quibus pedibus autem hæc ambulatio perfici debeat, pulchrè S. Augustinus in Epist. ad Maced. ostendit, dum ait: *Ad Deum, qui ubique presens est, non pedibus licet ire, sed moribus; mores autem nostri non ex eo, quod quisque novit, sed ex eo, quod diligit, diiudicari solent; nec faciunt bonos vel malos mores, nisi boni vel mali sint amores*. Clariùs verò hos pedes in Pl. 33. indicans, *pes tuus, inquit, amor tuus; habeto duos pedes, noli esse claudus. Duo pedes sunt duo amores Dei & proximi. Hoc enim mandatum habemus à Deo, teste S. Joanne 1. c. 4. ut, qui diligit DEVM, diligat & Fratrem suum*.

VI. Ex qua doctrina supposita facilè nunc triplicis viæ Spirituales supra indicatæ divisio colligitur. Nam sicut in omni via tres quodammodo termini reperiuntur, nempe terminus, à quo receditur: terminus, ad quem tenditur: & terminus intermedius, per quem ambulatur; ita & in ambulatione Spirituali tres similes termini reperiuntur, nempe peccatum, à quo recedere oportet, id quod per viam purgativam obtinetur: Virtutes, per quas transire & pervenire ad ultimum finem necesse est, uti per viam illuminativam contingit: & tandem DEUS, ad quem possidendum, velut terminum tota ambulatio Spirituales instituitur. Quod per viam unitivam impetratur. Quæ sanè tres viæ clarè jam olim à S. Davide Pl. 33. indicatæ sunt, dum dixit; *Quis est homo, qui vult vitam? diligit dies videre bonos? Diverte à malo* (id est, peccato, quod unice disjungit & minuit possessionem summi boni, atque adeò propriè malum vocari potest) *& fac bonum* (id est, virtutes, quæ solæ propriè rationem veri boni continent) *inquire pacem* (id est unionem cum DEO, per quam solam vera pax obtinetur) *& persequere eam*. Imò eandem triplicem viam tam in veteri, quam novo Testamento præfiguratam quidam existimant. In veteri quidem, dum Moyles & Aaron ad Pharaonem Exod. dixerunt: *Deus Hebræorum vocavit nos, ut eamus viam trium*

trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo in
 stro. Per quos tres dies rectè intelligitur triplex illa via, pe-
 quam veri Israëlita ex Aegypto mundi in solitudinem per
 ctionis deducuntur. In novo autem Testamento eandem
 præfigurata existimant tum per triduum, quo Populus
 Christum Matth. 18. secutus est: vel B. Virgo & S. Ioseph
 eundem Christum duodennem deperditum quæsierant: &
 per tres Apostolos Petrum, Jacobum, & Joannem, quos
 reliquis Christus secum in montem Thabor & Oliveti alle-
 gavit; per S. Petrum namque qui assiduis lacrymis peccatum
 suum desolebat, rectè via purgativa & status incipien-
 tium: per S. Jacobum verò, qui Supplantatorem signifi-
 cat, rectè via illuminativa & status proficientium, qui per
 tum exercitationem omnes malas inclinationes, & prava
 sideria supplantarunt, indicatur: & per S. Joannem de-
 que, qui gratiam significat, & præ cæteris diligebat Chri-
 stum, & vicissim ab eodem diligebatur, rectè via unitatis
 status Perfectorum, qui ex singulari gratia ad intimam
 Deo familiaritatem & unionem pervenerunt, præfigu-
 ratur.

CAPUT IV.

COROLLARIA QUÆDAM EX DIC-
 TA THEOLOGO ASCETICO BENEDICTO
 OBSERVANDA DEDU-
 CUNTUR.

I. **E**X hætenus dictis facilè corollaria quædam
 deducuntur, quæ, sicut naturam perfectionis non
 rectè illustrent, ita meritò per diligentem notanda
 sunt, qui perfectam Theologiæ Asceticæ notitiam
 cupit.

II. Et primò quidem colligitur, gravem esse erro-
 rem, qui falsò sibi persuadent, perfectionem in aspectu
 corporis, & aliis similibus exercitiis consistere; nam
 est Abbas Moyses apud Cassianum coll. 5. pronun-
 tiat, *ieiunia, vigilia, meditatio Scripturarum, nuditas, et
 cetera omnia facultatum non perfectio, sed perfectio*

menta sunt, quia non in ipsis consistit disciplina finis, sed per illa pervenitur ad finem. Unde sicut non ille dicitur bonus Artifex, qui bona instrumenta habet, sed qui peritè illis uti novit; ita nec ille perfectus cenferi debet, qui ejusmodi asperitates velut instrumenta perfectionis suscepit, sed qui easdem ad debitum finem, scilicet caritatem perfectam obtinendam ordinare didicit.

III. Secundò colligitur, etiam eos graviter errare, qui ex illustrationibus aut consolationibus divinis profectum suum in perfectione metiuntur; nam, ut sapienter pius Asceta l. 3. de imit. Christ. c. 7. advertit, *merita* (atque adeò & perfectio velut radix & causa meritorum) *non sunt ex hoc estimanda, si quis plures visiones aut consolationes habeat, vel si penitus sit in scripturis, aut in altiori ponatur gradu, sed si verà fuerit humilitate fundatus, & divina charitate repletus: si DEI honorem purè & integrè semper querat; si seipsum nihil reputet, & in veritate despiciat, atque ab aliis etiam despici & humiliari magis gaudeat, quàm honorari.*

IV. Tertiò colligitur, etiam eos necdum perfectionem assecutos cenferi debere, qui nullius, aut certè non multarum imperfectionum aut culparum sibi conscii sunt; nam, ut prudenter S. Gregorius l. 4. Dial. advertit, *plerumque hi, quos iam perfectos homines estimant, adhuc in oculis summi Opificis aliquid habent imperfectionis. Sic sepe imperiti homines nequid perfectè sculpta sigilla conspiciamus, & iam quasi perfectè laudamus, qua tamen adhuc Artifex considerat, & limat; laudari iam audit, & tamen ea tandem meliorare non desinit. Cui consentiens D. Augustinus S. 2. in Pl. 93. Cum post poenitentiam, inquit, aliquis bene vivere cœperit, habet adhuc, quod cogitat: ne sibi iribuat, quod bene facit; sed illi gratias agat, cuius gratiâ factum est, ut bene viveret, quia ille illum vocavit, ille illum illuminavit. Ergo iste iam perfectus est? non, adhuc aliquid ipsi deest; quid illi deest: ut non superbiat super eos, qui necdum sic vivunt, quomodo ipse vivit. Unde altissimè menti ac memoriæ inscribenda est, verissima, & notatu dignissima pii Ascetæ l. 2. c. 11, doctrina: Si dederit homo omnem substantiam suam, adhuc nihil est: Et si fecerit poenitentiam magnam, adhuc exiguum est & si apprehenderit omnem scientiam, adhuc longè est: & si habuerit virtutem magnam,*

gnam, & devotionem nimis ardentem, adhuc multum
deest, scilicet unum, quod summè sibi necessarium est, quia
lud: ut omnibus relictis se relinquat, & à se totaliter exeat,
nihilque de privato amore retineat; cùmque omnia fecerit, quæ
facienda noverit, nil se fecisse sentiat.

V. Quartò colligitur, sicut, ut modò dictum est, non
statim perfectus censendus est, qui nullas in se, aut certe non
multas culpas deprehendit; ita nec illum vicissim statim
qui debere perfectionem non assecutum, qui aliquoties se
fragilitate in peccata venialia labi advertit, sicut enim
mus illa mundissima dicitur, quæ, quamprimum aliquo
fordidis pedibus ingressus est, statim eluitur, & purgatur,
& sicut Dux militaris, si constanter hostem impugnet,
vellicet, egregii Ducis nomen obtinet, licet cum non
minimo expugnet, & deleat; imò Interdum minus feliciter
pugnet; sic perfectus cenferi quis potest, etiamsi interdum
in venialia aliquot peccata ex fragilitate labatur. Nam
rectè iterum Kempensis Asceta l. 1. c. 3. dixit: *Omnis per-
fectio in hac vita quandam imperfectionem habet annexam,*
ut S. Hieronymus in epist. ad Celantiam ait, *hæc una præcepta
vita perfectio est, ut te imperfectum agnoscas.*

VI. Quintò colligitur, etiam eos non leviter errare
uno quasi impetu & conatu perfectionem assequi cupientes,
non ordinatè potiùs per gradus ad eandem pervenire con-
tur; nam ut S. Bernardus S. de S. Andrea sapienter adverte-
nemo repente fit summus, & ascendendo, non volando
henditur summus scala. Quod confirmans S. Laurentius
Justin. in proem. de grad. perfect. quisquis, ait, in Spiritu
exercitio cupit perfectionis culmen attingere; iuxta Prop. se sol-
anmonitionem ascensionis sibi in corde componat gradus, sub-
quos de virtute in virtutem proficiens, ipsum Deum ex præ-
comprehendere valeat, à quo plenissimè comprehensus est. In or-
S. Paulinus Episcopus in ep. 3. ad sever. Christus, ait, præ-
in illo homine, quem gessit, ita in nostris mentibus quærit:
gradus corporea ætatis exequitur; nascitur, crescit, roboratur, a tr-
senescit, sed orandus, ne in nobis diu aut iugiter parvulus, omnia
infirmus, aut pauper sit.

VII. Sextò colligitur, non omnes ad perfectionem
summam vocatos esse, atque adeò non omnes etiam per-

scuè ad eandem exhortandos esse, sed potiùs saluberrimam doctrinam à S. Gregorio in c. 19. gen. prolata ob oculos habendam esse, dum ait: *Mons altitudinem virtutum designat, ad quam Angelus hortatur; qui non viderit, se posse conscendere, melius est, ut in Segor, id est, in parvula civitate remaneat, contentus laicali & communi vita, quàm montem virtutis arripiat. Est civitas hæc iuxta &c. iuxta dicitur, & tamen ad salutem tuta, quia activa vita est nec à mundi curis ex toto discreta, nec à gaudio salutis aterna aliena.*

VIII. Septimò tandem colligitur, eos, qui ad perfectionem hæctenus descriptam à Deo vocati sunt, nunquam veram quietem capturos, nisi assequi illam sincerè studeant; nam, ut sapienter Abbas Joannes dixit in sua collatione, miserum est, cujuslibet artis ac studii disciplinam quampiam profiteri, & ad perfectionem ejus minimè pervenire.

CAPUT V.

AXIOMATA QUÆDAM AD THEOLOGIAM ASCETICAM IN COMMUNI PERTINENTIA PROPONUNTUR.

I. Duplicis generis sunt axiomata, quæ Theologia Ascetica in communi specialiter observanda proponit, scilicet secundùm duplicem modum tendendi, quo vel accedimus ad DEUM per amorem, vel ab eodem per odium recedimus.

II. Prioris generis primum axioma est: *Nemo bonus, nisi solus DEVS*; nam sicut aquæ omnes non aliam habent substantiam, nisi quam ex fonte acceperunt; ita nec creaturæ aliam habent bonitatem, nisi quam à Deo acceperunt, & in ordine ad Deum conservant. Hujus axiomatis usum præclare indicat S. Augustinus l. de spir. & anim. c. 64. dum ait: *Quid per multa vagaris, ô homuncio, querendo bona animalia tua, & corporis tui? ama unum bonum, in quo sunt omnia bona, & sufficit, desidera simplex bonum, in quo est omne bonum, & satis est.* Et alibi: *Si quæris, quare, sed non quæris: quare in fonte, quia ibi omnia vivunt; quod factum*

factum est, in ipso vita erat. Ecce ergo viam vita, à multitudine unum: ecce viam mortis, ab uno ad multa.

III. Secundum axioma est: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, præter amare DEVM. quia, cum homo ad contemplandam & fruendam Trinitatem sit creatus, atque ideò angulare cor acceperit, totus mundus utpote figuram rotundam habens satiari & implere illud non potest; id quod præclare S. Bernardus f. super ecce nos reliquimus indicavit: cens: Ad imaginem quippe DEI facta anima rationalis, rebus occupari potest, replevi non potest; capacem namque DEI quidquid DEO minus est, non implebit. Unde certè S. Augustinus c. 3. solil. ad DEVM suspirans dixit: Da, quod peto; nam, si cuncta, quæ fecisti, mihi dederis, non sufficit servare nisi te ipsum dederis.

IV. Tertium axioma est: Minus DEVM amat, qui quid amat, quod propter DEVM non amat. Ita S. Augustinus l. 10. Conf. c. 29. & rectè, quia, ut bene advertit Theop. Kemp. l. 2. c. 7. Dilectus noster talis est naturæ, ut aliter non velit admittere, sed solus cor nostrum vult habere, eo tanquam Rex in proprio throno sedere. Hinc omnia illam diligere volentibus dicit, quod olim Christus ad ipsos volentibus dixit Jo. 18. Si me queritis, sinite hoc licet creaturas) abire. Coangustatum enim est stratum strum, ita ut alter decadat. Imò dividere cor cupientibus permittit, sed dicit quodammodo cum illa muliere; date ei cor vivum, & nolite dividere.

V. Posterioris generis primum axioma est: Malum, nisi peccatum: quia scilicet hoc solum privatur bono, nempe DEO, aut certè minuit possessionem boni; unde omnes adversitates, etsi mala videantur, reverentiam mala non sunt, uti sapienter advertit Epictetus c. 10. de rebus habent, opinionibus, Verbi causa: Mors non pertinet ad nos, alioqui enim & Socrati sic visum esset; sed opinio est, qua malam eam facit. Cum igitur impedimur, auturrimur, non alias culpemus, sed nos ipsos, id est, opinionem, quæ nos in malum trahit.

VI. Secundum axioma est: Nemo laeditur, nisi a seipso, cum enim solum peccatum verè malum sit, ad hoc autem modo invitatus cogi possit, rectè infertur, quemvis, si peccatum non commiserit, non laeditur.

consentiat, proprii sui mali Fabrum esse. Hinc rectè S. Petrus 1. Petr. c. 3. ait: *Et quis est, qui noceat vobis, si boni amulatores fueritis?* an non diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonam, teste S. Paulo ad Rom. 8. Nunquid DEVM aliquis eripere invito potest? aut occasio hominem fragilem facit, & non potius, qualis sit, ostendit?

VII. Tertium axioma est: *Non est pax impiis*: cum enim quælibet res non nisi in centro suo quiescat, fieri non potest, ut impij, qui à DEO velut centro suo separati sunt, pacem & quietem invenient, id quod clarè S. Augustinus l. 1. conf. indicavit dicens: *Fecisti nos, Domine, ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* Hinc l. 6. c. 16. ulterius dicit: *Va anima audaci, qua speravit, si à te recessisset, aliquid se melius habituram. Versa, & reversa in tergum, & in latera, & in ventrem, & dura sunt omnia, & tu Solus, Domine, requies.*

PARS II.

DE THEOLOGIA ASCETICA
PER VIAM PURGATIVAM
DEDUCENTE.

Cum hæc species aut pars potius Theologiæ Asceticæ illam Jeremiæ Prophetæ c. 4. doctrinam: *Novate vobis cor vale, & nolite serere super spinas*: Ob oculos præcipuè habeat, atque adeò juxta monitum Boëthii l. 3. conf. metr. 1. curas omnes eò potissimum convertat. ut vanam beatitudinis speciem à mentis oculis abstergat, ut veræ beatitudinis pulchritudo, sapor, quies ac serenitas tantò clariùs concipi & amari; seu, quemalmodum alij loquuntur, ut evulsis vitiorum spinis meliora virtutum supernaturalium semina animæ inseri queant; ideo meritò circa viam purgativam versari, triplicemque scopum sibi propositum habere dicitur, scilicet cognitionem peccatorum, eorundem detestationem seu detestationem, & seriam tandem vitæ emendationem, seu fugam peccatorum deinceps committendorum, de quo triplici fine in nunc in præsentia parte eodem ordine agetur, & quid a quemvis illorum specialiter sit observandum, succinctè accabitur.

F

CAPUT

CAPUT I.

DE COGNITIONE PECCATORUM.

Deprehendas te oportet antè, quam emendes, inquit
 Atè Seneca ep. 28. indicare scilicet volens, quemadmo-
 dum periti Medici nullum morbum curandum suscipiunt
 ejusdem qualitatem & varias circumstantias bene cogno-
 verint; ita nec illum, qui morbis spiritualibus vitiorum
 jectus est, eorundem curam efficaciter suscepturum, nisi
 perfectam illorum cognitionem fuerit adeptus. Ut
 hanc acquirat, tria præcipuè bene cognoscere debet.
 Quomodo oriantur peccata; hæc enim cognitio non
 conducet, ut fontes & radices peccatorum faciliùs cog-
 obstrui, aut evelli queant. 2. Ut etiam diversitas &
 tas eorundem peccatorum bene cognoscatur, sicque
 illorum æstimatio & odium acquiratur. 3. Ut pecca-
 quis actu commisit, cognoscantur, sicque idonea me-
 corundem deletionem adhiberi queant, quæ tria præcipuè
 hoc capite paulò fusiùs explicabuntur.

§. I.

Quâ ratione peccata oriri soleant.

I. Ut totus peccati processus faciliùs intelligatur, præ-
 priùs fundamenta bene percipienda sunt. Primum autem, quod
 de c. 15. sequentibus verbis indicatur: *DEVS ab initio cre-
 avit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui (id est, in
 berum arbitrium & voluntatem concessit.) Adsecutus est
 & præcepta sua: si volueris mandata servare, conservabitur
 te, & in perpetuum fidem placitam facere. Apposuit quoque
 & aquam (id est, bonum & malum) ad quod volueris
 ge manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum
 voluit, Hominem quemvis in hoc mundo, vel in intellectu
 fitum esse, ita ut vel per virtutum & bonorum operum
 tum pervenire ad perpetuam felicitatem, vel per peccato-
 rum commissionem, æternam sibi damnationem, accersere
 que accersere possit.*

II. Alterum fundamentum est, eundem Hominem in hoc Orbe velut amplissima quâdam domo constitutum esse, eique plenissimum omnium rerum creaturarum usum concessum fuisse, modò iisdem ad honorem & gloriam Domini sui, propriamque utilitatem utatur. Et hoc est, quod S. David Psal. 8. cum admiratione agnoscit dicens: *Quid est homo, quod memor es eius? constituisti eam super opera manuum tuarum: omnia subiecisti sub pedibus eius.* Neque hac liberalitate contentum DEVM, varias ei potentias, velut Ministros concessisse, quorum ministerio adjutus voluntatem Domini sui exequi valeat. Cujusmodi potentia sunt in primis quinque potentia sensitiva externæ, nempe visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus, sic dicta, quia Organa earum exterius patent. Deinde potentia internæ sensitivæ, quæ pro objecto habent omnia objecta sensuum exteriorum, simul tamen habent vim discernendi inter ea, practicèque judicandi, & re-miniscendi; unde licet à parte rei probabiliter hæc omnes po-tentia sint unica realiter entitas, formaliter tamen diversa nomina pro diversitate officiorum sortiuntur. Nam 1. *Sensus communis* vocatur, quatenus omnium sensuum externo-rum objecta cognoscere potest. 2. *Phantasia* dicitur, qua-tenus potest sensibilia objecta etiam absentia cognoscere. 3. *Imaginativa* appellatur, eò quòd vim habeat non tantum simpliciter cognoscendi objecta absentia, sed etiam compo-nendi illa, & impossibilia fingendi. 4. *Æstimativa* voca-tur, quatenus objectum sub ratione convenientis vel discon-venientis apprehendit. 5. *Cogitativa* nominatur, quate-nus à superiori ratione ita dirigitur, ut ea æstimare possit, quæ in aliis animantibus existens non potest. 6. *Memoria* dicitur, quatenus præterita cognoscit. 7. *Reminiscentiæ* appellatur, quatenus rerum particularium reminiscitur, non simpliciter modo, ut memoria, sed cum quadam indagazione discursu, non quidem propriè dicto (hic enim convenit intellectui) sed impropiè sumpto, quatenus cum ipso intellectu discurrente etiam ipse sensus interior per quan-tam successivam apprehensionem ab una in aliam proce-ssu dicitur etiam ipse similitudinariè aliquo modo dif-ferre.

III. Præter has duas potentias sensitivas seu cognosci-tivas,

tivas, etiam appetitiva quædam potentia sensitiva, id est talis, quæ prosequitur objectum sibi conveniens, & dissimulans repellit, eidem homini data est, & communiter appetitus sensitivus vocatur, dividiturque in concupiscibilem & irascibilem, quorum prior bonum sensibile absolute appetit, secundum se, posterior verò idem bonum sub ratione arduum appetit, ut per media difficilia obtinendum vel conservandum tendit. Unde quia uterque hic appetitus diverso modo tendit ad suum objectum (quæ tendentia, quia cum passione seu mutatione corporis sensibili contingit, dum scilicet naturalis motus cordis notabiliter vel intenditur magis, remittitur, Passio appellatur) diversa quoque nomina habentur, Passiones sunt sortitæ, uti communior hodie dicitur cum S. Thoma docet. Nam I. Si appetitus concupiscibilis in objectum absolute, quatenus bonum est, tendit, *amor* dicitur: si in illud ut absens tendit, *desiderium* si in præsens, *delectatio* appellatur: Et quia eadem potest in illis modis, quibus prosequitur objectum bonum, ab objecto contrario recedit, ideo si objectum hoc malum communi duntaxat aversetur, *odium*: si ut absens, *spes* ut præsens, *tristitia* vocatur. Pari modo cum etiam appetitus irascibilis in objectum præsens vel absens (in communi consideratum objectum nullam habet arduam rem, adeò ad hunc appetitum non pertinet) feratur, ideo quoque diversæ Passiones conveniunt, nempe si bonum arduum est absens & possibile, *Spes*: si autem etiam possibile est impossibile, *desperatio*: aut si malum futurum sit, *timor* opponitur: si verò idem malum præsens sit, *ira* gerit, quæ tamen non perinde ut cæteræ passiones committitur, habet, eò quòd bonum præsens cesset esse arduum, atque ad illud amplectendum appetitus concupiscibilis sufficiens.

IV. Denique præter has potentias appetitivas, quæ rationalis est, competentes sunt attributæ, scilicet mensura, intellectus, & voluntas, quarum proinde ministerium juvatur, ad actiones homini proprias exercendum, nùmque & malum liberè amplectendum, vel fugiendum.

V. His notatis non difficile erit ostendere, quæ

homo in peccatum præcipitur, illâ scilicet, quam S. Jacobus c. 1. indicavit, dum dixit: *Nemo, cum tentatur, dicat, quoniam à DEO tentatur: DEVS enim intentator malorum est, ipse autem neminem tentat. Vnusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus.* Deinde concupiscentiam cum conceperit, parit peccatum (id est, delectationem, ut Interpretes vertunt) peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortem. Tribus ergo gradibus præcipue ad peccatum pervenitur, suggestione, delectatione, & consensu. Suggestione quidem hostis, dum nobis prava ingeritur cogitatio vel tentatio à mundo, carne, Sathana; delectatione autem nostra, dum animo jam allubescit, quod prava suggestit tentatio: demum & proprio consensu, dum in peccatum voluntas illecta deliberatè consentit. Quem totum processum S. Franciscus Salesius part. 4. Introd. c. 3. aptâ similitudine declarat, dum ait: Cogitatione tibi finge, Philothea, Juvenculam aliquam Principem Sponso suo & Marito Principi percaram; & simul imaginare scelestum aliquem, quo eam ad secum adulterandum, thorsumque nuptialem violandum invitet, infamem aliquem amoris internuntium, qui scdam illius intentionem novæ nuptiæ communicet, mittere. Primò itaque Pararius & nuntius hic Domini sui amorem Principi aperit. Secundò illa in petitione, propositioneque sibi complacet, vel displicet. Tertiò consensum ei præbet, aut prorsus dissentit. Consimili ratione Diabolus, Mundus, Caro, videntes animam quandam Filio DEI desponsatam esse, varias ei tentationes & suggestiones ingerunt, quibus primò peccatum illi proponitur. Secundò illa in eo delectationem sentit, vel displicentiam. Tertiò consentit eidem, aut dissentit. Qui tres gradus, licet non in omnibus peccatis tam apertè percipiuntur, & usveniant, palpabiliter tamen, & manifestè in magnis atque enormibus peccatis eas videre est.

§. II

De Peccatorum diversitate & gravitate.

I. Duo sunt, quæ de Peccatis Asceta præcipue scire, beneque ponderare debet, scilicet, ut & diversitatem eorum clarè

clare intelligat, & competentem de illorum gravitate estimationem concipiat; quò major enim hæc æstimatio fuerit, tantò gravius quoque adversus peccata odium exurgat, utrumque ad ea non in se duntaxat, sed aliis etiam persequens & extirpanda.

II. Sciendum itaque, quòd peccatum in genere aliud sit, quàm dictum, factum, vel concupitum contra regem DEI, ut S. Augustinus l. 22. contra Faustum c. 27. dicit; Vel ut S. Ambrosius l. de parad. c. 8. describit, perfricatio legis divinæ, & cœlestium inobedientia Præceptorum.

III. In specie verò peccatum actuale in mortale veniale dividatur; inter quæ multiplex discrimen reperitur. 1. Quòd peccatum mortale vitam spiritualem animæ auferat, mortemque afferat animæ peccantis; veniale vero omnino auferat gratiam, sed imminuat tantum fervorem caritatis, unde morbo cuiusdam spirituali comparatur. Mortale à DEI regno, & hæreditate Filiorum in perpetuum excludat, veniale verò ad tempus duntaxat, quousque peccet anima pro eo plenè satisfecerit. 3. Quòd peccatum mortale supplicio æterno, veniale verò temporali solummodo pœnâ dignum efficiat. 4. Quòd mortale radicem meriti tollat, atque adeò meritis tam præteritis, quàm futuris privet, non item veniale, utpote cum quo sicut gratia manet, ita & radix quoque meritorum perseverat. 5. Quòd à peccato mortali plerique Justi facilè abstineant, non à veniali, cum, teste S. Jacobo c. 7. *In multis offendamini, & non morietur anima vestra*, ut Siracides c. 7. loquitur, *Septies in die cadat impius, & resurgat*.

IV. Præterea sciendum de peccato in communi, etiam intra eandem speciem unum sit gravius alterum, ut patet in S. Gregorius 21. mor. c. 5. ex illis Christi Martiribus colligit: *Omnis, qui irascitur Fratri suo, reus erit concilio; qui autem dixerit Fratri suo racha, reus erit gehenna; qui autem dixerit Fratri suo fatue, reus erit gehenna*. Ubi per gradum crevit ordo sententiæ, dum ira sine voce iudicio; deinde voce Concilio, ubi causæ sententia definitur; ira in sermone, gehennæ ignibus mancipatur.

V. Gravitate porro quod attinet, duæ præcipuè sunt regulæ, ex quibus gravitas peccati tam mortalis, quam venialis peccati colligi debet. Prima regula desumitur ex ipsa peccati natura & essentia, videlicet quod sit æversio à DEO velut summo bono, & conversio ad creaturam. juxta quam regulam DEVS ipse mensuravit peccatum, quando Jeremiæ c. 2. dixit: *Obstupescite cæli super hoc, & porta eius desolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit Populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Unde ut Oleas c. 9 dicit, *abalienati sunt in confusionem, & facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt.* Altera regula desumitur ex effectibus peccatorum, ob quos meritò DEVS per eundem Prophetam Populo suo dici iussit: *Scito, & vide, quia malum & amarum est, reliquisse te Dominum DEVM tuum, & non esse timorem eius apud te.* Nec malè aliqui peccatum simile esse ajunt Pomo, quod Tenella Regina apparari jussit, ita constructum, ut, qui illud apprehenderet, in eum innumera tela erumperent, id quod Kemetus Maritus illius damno suo expertus est. Verè enim simile pomum peccatum est, utpote ex quo per consensum apprehenso innumera mala velut acutissimæ sagittæ (de quibus S. David Psal. 37. dixit: *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi*) in apprehendentem erumpunt, quales sagittæ sunt respectu peccati mortalis. 1. Offensa DEI, Summi Domini & Benefactoris. 2. Crucifixio Christi juxta illud S. Pauli ad Hebr. 6. *Rursum crucifigentes sibi metipsis Filium DEI, & offensus habentes.* 3. Amissio gratiæ, & juris ad vitam ac hæreditatem æternam. 4. Amissio virtutum supernaturalium gratiæ annexarum. 5. Amissio omnium meritorum præteriorum. 6. Amissio omnium operum in peccato mortali elicitorum, quoad congruum meritum. 7. Mancipatus Diaboli. 8. Pœna æterna damni & sensûs. 9. Pœna temporalis in hac etiam vita subeunda. 10. Vermis & stimulus conscientiæ. 11. Infamia apud Cælites & terrestres homines contrahenda. 12. Amaritudo & tristitia cordis ex ultimi finis amissione exorta. Ob quæ omnia meritò Peccator cum Anna matre Jobi irremediabilibus lacrymis deffere deberet peccatum suum, & dicere: Heu, DEVS meus, ut quid te dimisimus lumen

men oculorum nostrorum, solatium vitæ nostræ? *Omnis
mal in te uno habentes, te non debuimus dimittere à nobis.* In
spectu peccati venialis verò maximè cum plena deliberatione
ne admissi effectus & sagittæ sunt. 1. Quòd DEO displiceat.
2. Amorem & amicitiam DEI erga homines imminuat.
3. Munificentiam DEI erga nos suspendat. 4. Deformitatem quavis deformitate corporis
impediat. 5. Deformitatem quavis deformitate corporis
graviorem afferat. 6. Debilitatem ad bene operandum imminuat.
7. Ad peccatum mortale velut morbus periculosus disponat.
8. A visione & fruitione Cælestium ad tempus suspendat post mortem.
9. Cælestium Cognitionum affluxum impediat. 10. Familiaritatem cum
& Cælitibus imminuat. 11. Fervorem tepefaciat, sicut
qua in ignem effusa. 12. Meritum & præmium impedi-
diat, & defraudet.

§. III.

De peccatorum commissorum cognitio

I. Quòd DEVS olim Israëlì per Jeremiam Prophe-
c. 31. dici iussit, hoc meritò quavis anima viam purgationis
auspicatura sibi applicare potest: *Statuo tibi speculum, & tibi
tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam, & non
bulasti.* Verè enim potissima causa, cur Homines
rùm ad vitæ emendationem incitentur, est, quòd seip-
miserum animæ suæ statum non cognoscant, uti S. Bernardus
pulchrè in serm. quodam indicavit, in Persona DEI
O Homo; si te videres, mihi placeres, & tibi displiceas.
quia te non vides, tibi placebis, & mihi displices. Venet
cum nec mihi, nec tibi placebis: mihi, quia peccasti: tibi
ardebis. Meritò ergo speculam, aut speculum potius
statuit, in quo præteritam suam vitam cognoscat, & de-
cendo defleat, & deflendo corrigat. Triplex autem per
finem speculum usurpare potest.

II. Primum est ipse DEVS, de quo S. David Psal-
m. 138. ait: *Accedite ad eum, & illuminamini.* Nam, ut S. Gregorius
1. 3. moral. advertit, *Cognoscere se non potest anima,*

se non est, nisi etiam divine luci appropinquet. Quare clamet peccatrix anima cum S. Davide Psal. 66. *DEVS misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri, ut cognoscamus in terra viam tuam, imò nostram, quàm per præteritam vitam ambulavimus.*

III. Alterum speculum est memoria aut sinus proprius, de quo Jeremias Propheta c. 2. locutus est, cum dixit: *Vide vias tuas in convalle: scito, quid feceris. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas.* Clarius verò hoc ipsum speculum indicavit, S. Gregorius l. 10. mor. c. 22. dum dixit: *Electi intra sinum cordis adversum se, quidquid impugnat, enumerant: ibi ante oculos suos omne, quod desleant, coacervant: ibi, quidquid per iram districti iudicis discerni possit, intuentur: ibi tot patiuntur supplicia, quod pari timent.*

IV. Tertium tandem speculum libri sunt, qui varios peccatorum Catalogos continent, atque adeò merito speculo comparari possunt, in quo anima maculas, quas in secundo memoriæ suæ speculo sufficienter cognoscere non potuit, clarius deprehendat. Quare de ejusmodi libris sibi dictum putet, quod S. Joannes olim Apocal. 10. audivisse se testatur: *Accipe librum, & devora illum (diligenter & prudenter perlegendo) & faciet amaricari ventrem tuum (aut cor potius salutari dolore de peccatis excitato) sed in ore tuo erit dulce tanquam mel (si videlicet peccata cognita per dolorosam & sinceram confessionem Sacerdoti explicaveris.)*

CAPUT II.

DE ACTUALI PECCATORUM DETESTATIONE ET DELETIONE.

I. Alter Viæ purgativæ scopus est actualis detestatio peccatorum, seu Justificatio peccatoris, quam DEVS per Prophetam Jeremiam loc. supra cit. indicavit, dum præcepit, ut, post statutam speculam ponat amaritudines sibi; per has enim amaritudines nihil aliud intelligitur, quàm actus illi, qui ad actualem Peccatorum detestationem & excoriationem requiruntur, & quinque potissimum ab Ascetis numerantur.

II. Primus est *Timor iustitia divina*: de quo Salomon Eccl. 1. dixit: *Timor Domini expellit peccatum* (inchoat scilicet) *nam qui sine timore est, non poterit iustificari.* Quod ut sapienter Diadochus to. 5. Bibl. SS. PP. c. 17. dixit, *non potest in sensu cordis DEVM amare, nisi prius toto corde exanimueris*; timore enim DEI efficitur, ut anima pura & mollis facta ad exercendam caritatem se applicet. Hinc merito dicitur Peccator cum S. Propheta Psal. 118. *Confitebor tibi Domine, quia carnes meas, à iudiciis enim tuis timui.* Aut cum pio Asceta de imit. Christi c. 14. *Intonas super me iudicia tua, Domine, & timore ac tremore concutis ossa mea, & anima mea exarscit valde.* Sto artonius, & considero, quia cæli non sunt mihi in conspectu tuo, si in Angelis reperisti pravitatem, in hominibus pepercisti, quid fiet de me? *Ceciderunt Stella de caelo, & pulvis quid praesumam?*

III. Secundus actus est *Spes de misericordia divina*: ut bene S. Augustinus l. 9. Confess. c. 13. dixit ad DEVM etiam *laudabili vita hominum, si remotà misericordia divina non esset.* Et id ipsum etiam prius S. David Psal. 129. indicat dicens: *Si iniquitates observaveris, Domine, quis sustinetur?* quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum est propitio. Semper ergo Peccatoris in pectore debent Spes & fiducia coniungi, inquit S. Gregorius l. 33. moral. c. 1. *quia misericordiam sperat, si iustitiam non timeat: & in cogitatione tui, qui non confidit.* Hinc, teste S. David Psal. 84. *Misericordia & veritas obviaverunt sibi, iustitia & pax percipiuntur.* Dicat itaque Peccator cum eodem Propheta Psal. 130. *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in DEO, quoniam adhuc confitebor ei.*

IV. Tertius actus *contritio seu dolor est*; hoc quoque S. David Psal. 50. ait: *Sacrificium DEO spiritus contritus: cor contritum & humiliatum DEVS non despicies.* Per Jeremiam c. 6. hortatur peccatricem animam: *Plange super lacrimis meis, accingere cilicio, conspergere cinere, luctum super luctum tibi, plandum amarum.* Vere enim magna vis est lacrymarum, inquit S. Chrysostomus ho. 2. in Psal. 50. *Vis, dicantur, lacrymarum lacryma valent maximum virtutis munus esse: sicut enim Martyres sanguinem fundunt, & peccata*

lent; ita Peccatores lacrymas fundunt, & peccata obliterant. Quales autem hæ lacrymæ esse debeant, & unde peti, ostendit idem Sanctus ho. 6. in c. 2. Marth. dum ait: *Cum amoris ignis alicuius mentem fuerit ingressus, totum inde torporem expellit, facitque, ut ea fons lacrymarum existat; nihil quippe nos ita conglutinat, atque unit, ut illa lacryma.* Tales fudit S. Maria Magdalena, unde audire meruit: *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Luc. 7. Unde admirans has lacrymas idem S. Doctor l. 93. *Mutatur, inquit, ordo rerum, pluviam terra dat cælum semper, nunc ecce rigat terra cælum. Imò super cælos ad ipsum Dominum usque imber humanarum profluit lacrymarum, ut juxta Psalmistam de aquis fletuum cantetur illud: Et aque, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.* Dicat proin Peccator cum S. Davide Psal. 6. *Lavabo per singulas noctes lectum meum, & lacrymis meis stratum meum rigabo.*

V. Quartus actus ad expiationem peccatorum necessarius confessio est; nam, ut Salomon Prov. 28. ait, *qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit ea, misericordiam consequetur.* Et ut clarius Isidorus l. 1. c. 12. ait, *Confessio sanat, confessio iustificat, confessio peccatis veniam donat. Omnis spes in confessione consistit. In confessione misericordia loquetur.* Nulla tam gravis est culpa, quæ per confessionem non habeat veniam. Hinc pulchrè S. Augustinus super Psal. DEVM alloquens: *Non aperui, inquit, sed aperui, ut operires: non celavi, ut te gereres. Nam quando homo detegit, DEVS regit. Cum homo agnoscit, DEVS ignoscit.* Præoccupet ergo Peccator faciem DEI in confessione, & dicat cum S. Davide Psal. 31. *Dirigi, confitebor adversum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Cessat namque vindicta divina, si confessio præcurrat humana, ut verè S. Ambrosius super Psal. Beati immaculati, pronunciauit.*

VI. Quintus actus Satisfactio est; nam ut rectè S. Bernardus l. de quadrag. debito dixit, *exigunt à me præterita peccata mea futuram vitam meam, ut faciam fructus dignos poenitentiae, & recogitem omnes annos meos, in amaritudine anima mea. Si cum dederunt me mala, quorum non est numerus; quod ergo me numero est, quomodo numerabo? quomodo satisfaciam, cum præterita reddere debitum usque ad ultimum quadrantem? Dupliciter*

placiter autem hæc satisfactio præstari potest. 1. Si, ut Gregorius ho. 23. in Evang. loquitur, contraria opponantur medicamenta peccatis, ac propterea lubricis continentia, et cibibus largitas, iracundis mansuetudo, elatis humilitas imponitur. Summopere namque cogitandum est, inquit idem 34. in Evang. *Vi, qui se illicita meminit commississe, ad quædam etiam licita studeat abstinere, quatenus per hoc Crux suo satisfaciatur.* 2. Si indistinctè operibus bonis, & maximè, quæ cum carnis castigatione conjuncta sunt, vacetur; de quo genere satisfactionis S. Joannes Baptista scutus est, quando Luc. 3. ad fructus dignos pœnitentia scutus est. nam, ut sapienter S. Cyprianus l. 5. de laps. *DEVS, quantum Patris pietate indulgens est, tantum in maiestate metuendus est. Alto vulnere diligens & longæ curæ cura non desit: pœnitentia crimine minor non sit: Orare impensius, diem luctu transgere, vigiliis noctes ac fluctibus ære, tempus omne lacrymosis occupare lamentationibus, solo adharere cineres in cilicio volutari ac sordibus. Ne pœnitentia semus in agenda pœnitentia, atque misericordia divina mandanda, ne, quod minus esse in qualitate delicti videtur, in hæc satisfactione cumuletur.*

CAPUT III.

DE FUGA PECCATORUM SEU VII
EMENDATIONE.

I. **T**ertium officium Pœnitentis Peccatoris per negativam incidit, ut dirigat cor suum in rectam, in qua ante peccatum ambulaverat, quemadmodum DEVS per Jeremiam loc. sæpius cit. hortatus est. *Quia non exhibuisti membra vestra servare in iustitia ad iniquitatem, ita nunc exhibeatis servare iustitia in sanctificationem.* S. Augustinus consulit: *Quales imperus habebas ad iniquitatem, tales habens ad Artificem Mundi.* Imò Baruch Prop. *Propter hoc gradu non contentus, amplius requirit dicens: Quia non servastis sensus vestros, ut erraretis à DEO, decies tantum iterum revertentes, requiretis eum.*

II. Porro ut hoc officium perfectè impleat

quatuor ei industriae observandae sunt. Prima est, ut firmissimum concipiat propositum relapsus cavendi. Secunda, ut, si quos contraxit pravae habitus & consuetudines, eradicare studeat. Tertia est, ut passiones suas inordinatas & rebelles in ordinem redigere, & rationi subicere conetur. Quarta, ut contra varias tentationes Mundi, carnis, & Sathanae nunquam in hac vita defuturas bene sese praeparat; quae quidem omnia quae ratione perficere queat, insequentibus §§. ostenderetur.

§. I.

De Relapsu in peccatum cavendo.

I. Quemadmodum ii, quibus per lubricam glaciam aut alium periculosum locum, in quo aliquoties ceciderunt, aut grave damnum sunt passi, si illum locum penitus declinare non possunt, saltem bonos murices aut alia media, per quae a casu & malo se praeservent, sibi procurant; ita cum homo vitam hanc velut viam ad Patriam declinare omnino non queat, id saltem agere debet, ut de tali medio sibi provideat, per quod a frequentiori lapsu in peccata saltem graviora, & cum plena deliberatione commissa praeservetur. Quale quidem medium praeter reliquis censeri debet firmum & efficax propositum non amplius peccandi; quantas enim vires habeant ejusmodi proposita, abunde ex quotidiana experientia constat, quae experimur, homines, si animum semel scilicet ad aliquid agendum vel omittendum obfirmant, non facilius a tali proposito amplius abduci posse. Unde merito dicitur: *Omni die renovare debemus propositum, & ad fervorem nos excitare.* Et mox fructum hujus propositi explicans subjungit: *Secundum propositum nostrum curjus profectus nostri.* Id est, prout magis vel minus firmum erit propositum; magis vel minus in peccatorum fuga, & virtutum studio proficiemus. Merito ergo Peccator poenitens ante omnia laborare debet, ut insigne erga peccata odium & horrorem incipiat, & animum ad eadem devitanda per firmum propositum generose, fortiterque obfirmet, quod quidem obtere poterit sequentibus mediis.

II. Pri.

II. Primò. Si exitum tristem præteritorum peccatorum accuratè ponderet, sibi que illa Apostoli Rom. 6. appropinquat. *Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc ex nobis certe quàm efficax sit hoc medium ad firmum propositum tandi peccata concipiendum, vel ex ipsis brutis animantibus patet, quæ experimur non facilè redire ad ea loca, in quibus grave damnum & periculum incurrerunt. Unde Siracides in alio sensu c. 7. rectè suadet; meritò etiam huiusmodi applicari potest: In omnibus operibus tuis memorati-ssima; & in æternum non peccabis.*

III. Secundò si similiter gravissima damna relapsione perpendat, quæ quidem patheticè S. Paulus in epistola ad Hebræos c. 6. describit, & ad tria præcipuè revocantur. Quorum primum est subtractio gratiarum æternarum, quod damnum S. Paulus sequentibus verbis indicavit. *Quia saepe venientem super se bibens imbrem & generans sibi opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionem, ferrens autem spinas & tribulos, reprobata est, & maledictissima.* Quod clariùs insinuans S. Bernardus S. 14. in libro de gradibus humilitatis. *Omnino, inquit, nos sola à profectu conversationis impeditur gratitudo nostra; dum quodammodo perditum reputamus, quod dedit, quod ingratus accepit, cavet sibi de cetero, ut minus amittat, quando plus confert ingrato.* Secundum est respicientia difficultas, quam idem Apostolus sequentibus verbis indicavit: *Impossibile est eos, qui semel perminati, gustaverunt etiam domum cælestem, & partem fugaverunt sunt Spiritus Sancti, gustaverunt nihilominus bonum, & desiderium DEI, virtutesque sæculi venturi, & prolapsi sunt, ut non possint novari ad poenitentiam.* Sic enim impletur illud verbum Matth. 12. *Cum immundus Spiritus exierit ab homine, velle vadit & assumit alios Spiritus nequiores se, & intrant ibi, & sunt novissima hominis illius peiora prioribus.* Tertium damnum, scilicet pœna gravitas, patet in Epistola ad Hebr. c. 10. ad Hebr. indicatur, dum ait: *Voluntarius peccatis nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non veniuntur pro peccato hostia, terribilis autem quedam exspectatio, se dicit, & ignis amulatio, qua consumptura est.* Unde & S. Petrus 2. c. 2. *Melius, ait, erat illis, non peccare*

re viam iustitiae, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod illis iraditum est, sancto mandato.

IV. Tertio si pariter consideret turpitudinem relapsus: quam breviter indicavit Propheta Jeremias c. 2. dum dixit: *Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas.* Quid enim turpius, quam cani ad vomitum reverso, & sui lotæ in volutabro comparari, quibus tamen relapsos S. Petrus l. c. comparat? Quid turpius & indignius est, quam paulò antè ingemuisse, flevisse, Dei misericordiam, & Sanctos omnes impetrasse, ut peccatorum venia impetraretur, & repenti quocumque consilio Dei gratiam pro nihilo reputare, & virtuti Nuncium remittere? quæ impudentia, susceptum in Eucharistia cum tanto apparatu ac præparatione servatorem, mox iterum ejicere, & Hostibus tradere instar Judæorum, qui paulò antè Christum cum triumpho susceperant, vestesque substra verant, paulò post Pilato tradiderunt, & crucifigi petiverunt? Unde merito tandem concludit S. Augustinus in solil. *Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat: nihil profunt lamenta, si replicentur peccata. Nihil valet à malis veniam petere, & mala de novo iterare.*

§. II.

De pravis habitibus extirpandis.

I. Quemadmodum frustra agrum purgare conatur à spinis, qui radicem non evellit: & frustra Medicus morbum fugare nititur, si causam morbi tollere non conetur; sic frustra contra animam à peccatis purgare conabitur, qui radicem & causam illorum, nempe habitus viciosos seu consuetudines ver frequentatos criminum actus contractas ex eodem animo velle non decernit; nam, ut rectè S. Chrysostomus apud Angium in Polyanth. V. eod. dixit, nihil, tam firmum est rebus humanis, quam veteris consuetudinis Tyrannis, ita Ethici eandem alteram Naturam dicere non vereantur. Id quod suo damno præ aliis S. Augustinus expertus est, ut qui conf. c. 5. de seipso fatetur: *Ligatus eram non ferro a ferro, sed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat Inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me: quippe ex voluntate perversa facta est libido; & dum servitur libidini,*

facta

facta est consuetudo; & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas.

II. Porro quæ media ad hos habitus vitiosos, & adhibere oporteat, breviter indicavit S. Basilius in Reg. q. 55. dicens: Sicut morbi corporis inveterati non nisi longâ & acris curatione sanantur; sic peccata inveterata, cum patientiâ, assidua oratione, & acerrima animi contritione curari queunt.

III. Prima ergo industria, quæ adhiberi debet ad hos habitus excidendos, diuturna patientia est; Nescit Peccator aut desperet, si nimis multis se habitibus modi, vitiisque subjectum esse se advertat, neque ante abjiciat, si non tam celeriter, ac vellet, eosdem excerpere possit, sed credat potius sibi idem eventurum ac dicebat DEO quod olim Israëlitis Deut. 7. evenit, ac dicitur quos, cum omnes Hostes suos, multo majoris numeribus, bustiores, quàm ipsi Israëlita erant, delere jubebat. Moyses sic allocutus est, & animavit: Si dixeris in corde tuo, plures sunt Gentes ista, quàm ego, quomodo potero adhaerere Pharaoni, & cunctis Egyptiis, plagas maximas quas ostendit oculi tui, & signa atque portenta; manumque robustam extentum brachium, ut educeret te Dominus Deus tuus, faciet cunctis Populis, quos metuis. Non timeas eis, quoniam ipse Deus tuus in medio tui est, Deus magnus & terribilis, ipse consummet nationes has in conspectu tuo paulatim in partes, non poteris eas delere pariter. Itaque unum quod post alterum per Examen particulare, aut alia media, adhibeatur, & magna cum patientiâ expectet, donec quoque cum eodem divino auxilio oppugnare, & vincere possit.

IV. Altera industria merito assidua oratio ecclesiasticis enim illi Reges, qui se viribus impares ad hostes suos, & landos advertunt, alios in auxilium vocant: ita etiam tu quoque, cum longè inferiorem se robore, adverte, adverte ad Deum & Sanctos in auxilium vocat, ut ipse quoque veritate, illa sibi Elisæi verba ad Puerum suum dicitur applicare possit: Noli timere, plures enim robore tuo quàm contra nos. Ita sanè S. Augustinus hujusmodi

eiam expertus est, ut qui S. de Sanctis de seipso fatetur: *Eccis vobiscum vivimus. Quis nos audivit aliquando iurantes? Numquid non consueveram quotidie iurare? at ubi legi, timui, luctatus sum contra consuetudinem meam, in ipsa luctatione invocavi Dominum Aditutorem, prestavit mihi Dominus adiutorium non iurandi. Nihil mihi facilius est, quam non iurare. Hoc ideo monui caritatem vestram, ne dicatis: quis potest?*

V. Tertia industria est *acerrima animi contentio*: quæ in eo consistit, ut Peccator sibi ipsi vim inferat, & tum pravum habitum contraria consuetudine velut clavum clavo expellere conetur; tum verò etiam, ubi occasio aut tentatio ad vitium repetendum sese obtulerit, generosa violentia aliquoties se absteineat, hoc enim efficacissimum esse medium docuit in primis pius Asceta l. 1. c. 25. dum dixit: *Duo spezialiter iurant ad magnam emendationem, videlicet subtrahere se violenter, ad quod natura vitiosè inclinatur, & ferventer instare pro bono, quo amplius quis indiget.* Deinde Bernardus, primùm triduo à sua vitiosa consuetudine se continuisset ad SS. Trinitatis honorem, & alterum postea diem ad honorem B. Virginis adjecisset, ita immutatus est, ut, cum S. Bernardus adhuc unius diei abstinentiam peteret, ultro responderet, nullis jam amplius induciis opus esse, se enim summum in veterati sui vitii horrorem concepisse. Idem ergo faciat Peccator, credatque certò in se impletum iri, quod commune axioma indicat: *Tantum proficies, quantum tibi vim intuleris.*

VI. Ne verò ipsa consuetudinis magnitudine territus nimium abjiciat, juverit in memoriam revocasse id, quod nondam, ut in prato Spirit. c. 66. legitur, B. Theodosio remitte evenit, qui, cum ab Angelo iussus esset cum immani & terribili Gigante pugnare, illéque timore correptus tamen refugeret, tandem animatus Angeli auxilium promittentis, quamprimum hostem animosè aggressus fuisset, adhortatione, invasit illum, & Angelo iuvante sine ulla speciali difficultate superavit.

G

De Passionibus animi rectè Ordinandis.

I. Quod Christus Matth. 10. dixit: *Inimici hominis* mesfici eius: hoc merito Passionibus Hominis applicatum est; etsi enim illæ, si homo in primævo suo statu, inchoatus erat, permansisset, per justitiam originaliter fuissent rationi subiectæ, ut non nisi ex imperio voluntatis & intellectus ulla commotio in appetitu sensitivo, & opere sequi potuisset, post lapsum tamen Adami adoboles sunt factæ, ut miserandas strages in omnes hominucultates edere cæperint; nam 1. Intellectus aciem clarissâ nebulâ retundunt, rationem imperii præsidem dominum omnium regulam è sede sua exturbant, consilium prominant, iudicium perturbant, virilitatem mentis extirpant, altumque ignorantie vulnus infligunt. 2. Voluntas item omnium facultatum & actionum Domina sub imperio passionum iugo servire cogitur, harum impulsibus instabilis, incerta, imperita, infirma, audax, caecatur. 3. Memoria intelligentiæ Mater, & rerum memoriam, damnabili rerum memorandarum oblivione, & neque seque indignissimarum rerum recordatione mirum obfuscatur. 4. Potentiæ executrices ad bona facienduduntur, ad mala audenda exacuuntur, quin & idem omnes ac singulos ingentia inferunt damna, tum animi corpori; ut merito S. Paulus de hac rebellione coram dixerit Rom. 7. *Condelector legi Dei secundum interiorem minem; video autem aliam legem in membris meis prævalere legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati in membris meis. Nam velle adiacet mihi, perficere non invenio; non enim, quod volo bonum, hoc facio, sed volo bonum, hoc ago.*

II. Porro etsi, ut dictum est, tantopere rebelliones, negari tamen non potest, primum rebellum Ducem & Authorem esse Amorem proprium, qui est, quàm inclinatio voluntatis ad proprium bonum. Ita enim 1. pulchrè S. Augustinus S. 47. in c. indicavit, dum de Filio prodigio sic discurrit.

dicitur: & reversus est ad seipsum. Si ergo reversus est ad se, exierat à se. Quia ceciderat à se, & exierat ad se, redit prius ad se, ut redeat in illo, unde ceciderat à se. Sicut enim cadendo à se, remansit in se, ne iterum exeat à se. Surgam, & ibo ad Patrem meum: ecce unde ceciderat à se, ceciderat à Patre suo: redit ad se, & pergit ad Patrem, ubi iustissime servet se. Si ergo exierat à se, redeundo ad se, ut eat ad Patrem, neget se, subducatur se sibi, ut habeat DEO. Ita 2. B. Angela de Fulgurio vit. c. 64. agnovit, quæ plus ab amore proprio, quàm ab ipso Dæmone sibi metuebat, eò quòd hic nisi per amorem proprium nihil potestatis in nos habeat; per eum verò velut vulpulam semper è grege nostrorum affectuum pecus aliquod abripiat. Hinc & S. Ignatius, ut Bartolus l. 4. vit. §. 27. testatur, dicere solebat, tantum quemque in spiritualibus rebus promoturum esse, quantum ab amore sui ipsius, & commodi proprii affectione sese abstruxerit. Ita 3. pius Asceta l. 3. c. 2. affirmat dicens: Scito, quòd amor sui ipsius magis nocet tibi, quàm aliqua res mundi. Et clarius l. 3. c. 53. Ex hoc vitio, quòd homo semetipsum nimis inordinatè diligit, penè totum perdet, quidquid radicaliter vincendum est, quo devicto & subactò malo, pax magna & tranquillitas erit continuò. Perfecta namque victoria est, de semetipso triumphare; qui enim semetipsum abiectum tenet, ut sensualitas rationi, & ratio in cunctis obediatur mihi, hic verè victor est sui, Dominus mundi. Ita 4. te quod amamus, concupiscimus, & gratulamur, nisi illum diligamus; sic neque nobis ipsis similia bona concupiscemus, at ob eadem gaudebimus, nisi nos ipsos inordinatè amemus. Hinc Servator ipse ad sui imitationem, atque adeò ad perfectionem etiam adhorrens hoc solum petebat, ut si quis esset ipsum venire vellet, abnegaret seipsum, & tolleretur crucem suam.

III. Ex quibus facilè nunc colligitur, ex omnibus mediis, quæ varia à variis præscribuntur, ad passiones rectè ordinandas, nullum efficacius esse, quàm si amor proprius velut radix omnium aliarum passionum extirpetur; si enim temerè am viceris, cetera faciliùs subiugabis, inquit rectè Thomas Kemp. l. 3. c. 53. unde ulterius monet: Si ad hunc apertum (perfectionis) scendere gliscis, oportet viriliter incipere, & se-

& securim ad radicem ponere, ut evellās & destruas occul-
tā inordinatā inclinationem ad teipsum, & ad omne primum
& materiale bonum.

IV. Porro cū contraria contrariis, & clavus clavop-
lendus sit, facilē iterum apparet, non posse efficaciter
amorem proprium extirpari, nisi per oppositum DEI
rem; sic enim S. Augustinus id in seipso expertus testis
dum l. 9. Conf. c. 1. ait: *Quā suave mihi subito factum
carere suavitatibus nugarum, & quas dimittere metus
iam dimittere gaudium erat; eiciebas enim eas à me veram
summa suavitatis: eiciebas eas, & intrabas pro eis omni-
ptate dulcior, sed non carni, & sanguini: omni luce clara
homini secreto & interiori: omni honore sublimior, sed
limibus in se. Quare audiat Peccator Thomam Kemp-
opusc. c. 5. monentem: Melior ac sanctior nostri amor
in nobis accipiat; nec enim fuerit, quod intret ad te amor
nisi exulet amor tui. Vbi seipsum aliquis quatit, ibi ab
re cadit; solus namque hic dominari vult, qui praecep-
tarius in DEVM ex toto corde, ex tota anima. Partem
cepit, gloriosa indolis est: totum deposcit, ut totum
Eum in finem proderit, firmiter sibi persuaderet,
DEO velut fonte, quidquid in creaturis amare vel
re possumus, infinites perfectius, & abundantius
atque adeo in omnibus tentationibus illud S. Mich-
elum velut firmissimum scutum opponere: *Quis
aut illud commune axioma: Dulcius ex ipso fonte
qua. Aut illud Psalmi 72. Quid mihi est in caelo, aut
volui super terram?**

V. Ex quo amore tandem exurget etiam falsum
odium, sui tantopere à Christo & Ascetis commendat
Peccator odit animam suam, negando illi bona
& falsa, quae dicitur, & appetit amor proprius, ut
lam offerendo bona vera & meliora, quae dicitur,
amor DEI. Quare exclamat cum S. Bernardo ap-
quez p. 2. tr. 1. c. 4. *Exurgat DEVS, cadat armatus
dat & conteratur inimicus homo, contemptor DEI,
amicus mundi, servus Diaboli. Quid tibi videtur
Ei sentis, mecum diges: Reus est mortis, crucifigatur
figatur.*

§. IV.

De Tentationum Victoria.

I. Ex hætenus dictis facile patet, rectè dictum esse à Jobo c. 7. *Militia* (vel, ut alii vertunt, tentatio) est *vita hominis super terram*; cum & exterius undique hostibus circumcincti simus, videlicet *Diabolo*, hoste invisibili, vaferrimo, & fortissimo. *Mundo*, id est, mundanis hominibus, qui exemplis, suasionibus, & minis ad malum provocant: & *Creaturis* reliquis, quæ, teste Salomone Sap. 14. *in odium DEI factæ sunt, & in tentationem animabus hominum, & in musculam pedibus insipientium*. Et præterea etiam ab internis undique sollicitemur, nimirum carne, seu appetitu sensitivo, sensibus externis, passionibus, & habitibus pravis, de quibus, ut antè insinuavi, jure dicitur: *Inimici hominis domestici eius*. Merito ergo Peccator viam purgativam auspiciaturus, illam sibi Siracidis c. 2. doctrinam applicat: *Fili, accedens ad servitum DEI, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem*. Hæc autem præparatio in eo potissimum consistit, ut sciat, quid præcipuè ante, in, & post tentationem observare debeat.

II. Ante tentationem itaque tria specialiter observanda sunt. 1. Ut certò sibi persuadeat, tentationes nunquam defuturas; imò quò plùs in sanctitate profecerit, tantò vehementius oppugnatum iri, quia, teste S. Gregorio l. 29. moral. c. 12. *Hostis noster in hac vita positus, quanto magis nos sibi revellare conspiciat, tantò amplius expugnare contendit*. Et verò etiam id DEVS plurimas ob rationes permittit, sed tres præcipuè à S. Chryostomo l. 1. de Prov. DEI indicatas, dum ait: *DEVS te hætenus, ut Mater, brachijs gestavit, nunc verò in aëras abiecit, ut tuo disceres natare cortice; hæc ad probandam idem, ad exercendam virtutem, ad augendum promeritum sistunt*. Quod & S. Augustinus super Psal. 60. confirmans, *Vita nostra, inquit, in hac peregrinatione non potest esse sine peccato, sine tentatione; quia profectus noster fit per tentationem; nec ubi quisquam innotescit, nisi tentatus: nec potest coronari, nisi si certaverit: nec potest certare, nisi Inimicum & tentationes habuerit*. 2. Firmiter quoque credat, DEVM, ut S. Paulus 1. Cor.

10. monet, fidelem esse, atque adeò non passurum, ut vires tentetur; si enim, ut rectè discurret S. Ephrem patient. homines, cum tam parùm sciunt, sciunt tamen cernere, quantum oneris singula jumenta ferre valcant; rùmque imponunt, quantum eorum vires tolerant; si figulus vasa efformans novit, quanto ea tempore in igne linqui oporteat, ne, si diutius relinquat, adurantur: si dissolvantur; quanto magis DEVS, cujus est infinita potentia & sapientia, novit, quibus tentationibus aut probatibus indigeant, animæ ipsi placere volentes, neque ea permittet, quàm ipsarum utilitati conducant. 3. Ut firmissimè credat, non nocere sensum in tentationibus consensus absit; ut enim ignis sub cinere latet, etiam cineribus videatur sepultus; ita & caritas in corde esse licet ob tentationum gravitatem videatur penitus extinguitur.

III. In tentatione sequentes quinque doctrinæ vanae sunt. 1. Ut non concidat animo, si tentatione cellæ oriantur; sicut enim, si Nauta semel à timore est, ad navem regendam profus ineptus evadit, ita tentati, si timori cesserit, manifesto victoriæ amittuntur riculo se exponit. Unde S. Gregorius l. 5. moral. c. 1. monet: *In tentatione deprehensus tenebras mœroris insidiat in tanta animi tranquillitate alta de te senseris, in tentatione quoque deterius cogitationum caligine te confundat.* Ut Christi consilium sequatur dicentis Matth. 26. *Orate, ne intretis in tentationem.* Quâ ratione fieri debeat; pulchrâ similitudine Abbas Joannes & humil. declaravit, dum dixit, Monachum similem habere homini sub grandi arbore sedenti, qui respicit diversas & serpentes venientes ad se, cum non possit stare, subit in arborem, & salvatur. Ita & Monachus in cella, & videns pravas cogitationes, fugiat ad orationem, & salvabitur. Item similem debere esse homini habenti à sinistra ignem, & à dextra aquam; si fuerit succensus ignis, tollat de aqua (puta orationem) & tinguat illam. 3. Ut in tentationum fortiter resistat; quia, ut bene monuit pius Asceta l. 1. c. 1. *facilius hostis vincitur, si ostium mentis nullatenus clauditur, sed extra limen statim, ut pulsa verit, illi ob-*

contrario verò, si tentationi in carne nascenti non festinè resistitur, eadem, quâ nutritur, horâ roboratur, & existens foris in operibus vix praevalet, qui ipsam intus membrorum Domini-
nam mentem captivam tenet, ut sapienter monuit D. Gregorius in pastor. 4. Ut non obiter & perfunctoriè resistatur tentationi & hosti, sed penitus, quantum fieri potest, deleatur; quod fiet, si ipsa etiam tentationum radix & occasio tollatur. Est autem hæc radix non alia, quam concupiscentia, uti S. Jacobus c. 4. indicavit dicens: *Vnde bella & lites in vobis? nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris?* hæc autem radix tollitur, si concupiscentia à Creaturis ad DEVM transferatur juxta doctrinam Davidis dicentis Ps. 36. *Delectare in Domino, & ipse tibi dabit petitiones cordis tui.* Verè enim, ut libellus de imit. l. 3. c. 27. notavit, juvat non quælibet res adepta vel multiplicata exterius, sed potius contempta & decisa ex corde radicitus. Utatur ergo Asceta gladio S. Michaëlis, & in omni tentatione dicat intrepidè: *Quis in DEVS?* verè enim hic gladius est ille, de quo potiori jure, quam de gladio Goliathi dicatur, quòd non sit alter ei similis. 5. Ut ad pugnam se variis motivis, præsertim DEI, & totius Curiaë cælestis agonem spectantis & animantis præsentia cogitata exciter, quemadmodum S. Stephanus exemplo suo docuit, cælos apertos, & JESVM stantem à dextris contemplatus, dum lapidibus impeteretur.

IV. Post tentationem pariter tria specialiter sunt observanda. 1. Ut debitæ DEO pro accepto beneficio gratiæ referantur. Dicendo cum S. Davide Psal. 143. *Benedictus Dominus DEVS meus, qui docet manus meas ad praelium, & digitorum meos ad bellum.* Aut Psal. 113. *Non nobis, Domine, non nobis, sed Nomini tuo da gloriam.* 2. Ut non putetur, debellatum esse, si semel victoria obtenta est; nam, ut sapienter advertit Venerabilis Beda sup. Luc. *Sape antiquus hostis, postquam menti nostræ tentationum certamen inflixerit, ab ipso suo certamine ad tempus recedit, non ut militia finem præbeat, sed ut corda, quæ per securitatem securæ reddidit, repente rediens, faciliùs inopinatè irrumpat.* Huc etiam pertinet, ut non abijciat animum, aut contristetur, si devictis gravioribus hostibus advertat, se adhuc à minoribus infestari; nam, ut sapienter discit S. Gregorius l. 4. moral. *hoc divinâ dispensatione, agi-*

ne agitur, ne ex omni parte virtutibus splendent in elatione subievetur: ut, dum in se parvum quid reprehensibile videtur, tamen hoc subiugare non valet, nequaquam sibi, sed Antagonistam victoriam tribuat in his, qua subicere fortiter valet. Quia hoc agitur, ut ad virtutem mens proficiens iustitia sua, non infirmitate roboretur; & inde verius in bonis luceat, etiam nolentem parva reprehensibilia humiliter obscurant. Et bene, cum Israëlitis Populo percepta Promissionis terra videretur, Ephraim Tribus Chananaeus gentis Populus non visus, sed factus est tribularius. Rectè autem tribularius dicitur, quia hoc ipsum vitium, quod subigere non possunt, usum nostre utilitatis humiliter retorquemus, ut eò de se non summus vilia sentiat, quò suis viribus etiam parva, qua non expugnat. Unde & bene rursus scriptum est: Haec Gentes, quas Dominus dereliquit, ut erudiret in eis Israel. hoc namque quaedam minima vitia retinentur, ut sese negligentio sollicitam in certamine semper exerceat, & eo die victoria non superbiat, quo vivere in se hostes conspexit, à quibus huc vincit formidat. 3. Ut, si quis in tentatione succumbat, se advertat, animis non concidat, sed potius salubrem doctrinam accipiat. Certa tanquam bonus miles, & si interdum ex fugate corruis, resume vires fortiores prioribus, confidens de auxiliari gratia mea; nam, ut rectè advertit S. Gregorius in Evang. Sicut Dux in prælio plus eum Militem diligens fugam reversus hostem fortiter petit, quàm illum, qui post tergum praeiit; sic DEVS saepe illos plus amat, qui post se ferventius illi servierunt, quàm qui peccato mortali commissio, tepidos se in eius servitio exhibuerunt.

§. V.

De specialibus viæ purgativæ tentationibus

I. Ea, quæ priori §. dicta sunt, ad victoriam tantum in genere præcipue pertinent; quia verò non prodest militi ad pugnam alacriter simul & feliciter peragendam, si hostem, cum quo ipse potissimum pugnare debet, nesciat, ideo juvabit quoque, si tentationes, quæ in viam purgativam incedunt, magis molestæ sunt, breviter

ferantur, & quâ ratione iisdem occurrendum sit, succinctè ostendatur.

II. Prima ergo tentatio viæ purgativæ infesta est *nimis in penitentia agenda fervor*; qui tum ex timore supplicii per peccata præterita promeriti; tum ex desiderio veniæ per opera cum cruciatu conjuncta obtinendæ; tum ex Sanctorum exemplis consideratis oritur. Cui proin tentationi occurrendum 1. Demonstrando, neminem sine Duce iter penitentiaæ securè decurrere, uti ex multorum ruinis patet. 2. In memoriam revocando verissimam illam Salomonis sententiam Prov. 19. *Qui festinus est pedibus, ostendit.* 3. Evellendo fiduciam vanam, quâ putant ejusmodi Tentati, penitentiam, quæ donum DEI est, propriis viribus se obrinere posse. 4. Ostendendo, DEVM cor potius & affectum, quàm opus intueri, & magis obedientiam, quàm victimas exigere: virtutem sine prudentia & discretione umbram potius, quàm veritatem virtutis continere &c.

III. Secunda tentatio sunt *Serpuli ex confessione orti*; quorum sicut diversa est radix, ita diversa quoque media sunt adhibenda. Nam 1. Si ex metu divini judicii oriuntur, spes de bonitate divina erit excitanda. 2. Si ex dubio de sufficienti dolore concepto; natura contritionis explicanda, firmulque ostendendum erit, quòd desiderium pauperum exaudiat Dominus, & præparationem cordis audiat auris ejus. Psal. 10. 3. Si ex pusillanimitate oriuntur, occurrendum erit, ostendendo periculum desperationis, si se non erigat: Spes de divina providentia instillanda: Humilitas suadenda: revocanda in memoriam sententia S. Bernardi l. de 7. miseric. dicentis: *Omnino, quantum in se est, parùm honorat eum, à quo vocatus est, quisquis servit ei in tristitia & rancore.* Item illa S. Augustini in Psal. 38. *In libro tuo omnes scribentur, non solum perfecti, sed etiam imperfecti. Non timeant imperfecti, solum proficiant.*

IV. Tertia tentatio oritur ex *voluptatum præteritarum memoria*: qualem S. Augustinus olim se expertum confessus est, dum à prioribus vanitatibus se assiduò vellicatum ait dicentibus: sicine nos in perpetuum deseret? contra quam tentationem præter ea, quæ supra de relapsu cavendo dicta sunt, optimum erit remedium, si ejusmodi vellicationes Patri Spiritu

Spiritali maturè aperiantur, & sicut casta matrona nescit quidam respondet, aut in facie intuetur illum, à quo dicitur illius tentatur; sed quamprimum se ab eo propinquat, animum suum marito applicat, & versus illum se convertit, quàmque illi sponndit, fidelitatem novo promissio dat, nec multùm cum eo altercatur, aut contendit; ita anima tentata non multùm cum his voluptatibus in recondendo, aut contendendo se detineat, sed mox ad DEUM convertens, ei de novo fidelitatem promittat, & totam vitam amori eius consecrat.

V. Quarta tentatio est horror difficultatù, quam vita emendatio affert; sic enim testatur pius Asceta l. 1. dicens: *Vnum est, quod multos à profectù & seruenti emendatione retrahit, horror difficultatis seu labor certaminis.* Ceterum mox medium subjungit dicens: *Enimvero illi magis præ ceteris proficiunt, qui ea, quæ sibi magis gravia & duriora sunt, viriliter vincere nituntur; nam ibi homo pius & gratiam meretur ampliorem, ubi magis seipsum cruciat in spiritu mortificat.* Ostendi præterea possunt gravitatorum commissorum, & virtutis perfectionis, & beatitudinis magnitudo & pulchritudo, pro quibus si laboris rito sperare poterit, sibi non minus, quàm olim Jacobus patriarchæ, omnes labores & difficultates breves & leves

§. VI.

De Terminò viæ purgativæ.

I. Non modicum solatium affert Viatori, si Viator decurrit, terminum se cursu ac labore suo constanti alio intelligit; quare ut Pœnitens quoque Anima nôdit, quod supremum viæ purgativæ terminum sit assecuta, quæque hæc breviter indicare placet.

II. S. Bonaventura in libello, quem parvum habet scriptum, de hoc termino agens, putat eum in læticia consistere, quæ ex tranquillitate & serenitate conscientie, quæ animus promptè sursum erigitur, consistere: *Incipit lætiam, viæ purgativæ à stimulo conscientie, ac desinit in lætiam: exercetur in dolore, & consummatur in lætiam.* Verùm P. Hugo Roth peritissimus ille Ascetico

p. 1. viæ reg. c. 4. sect. 4. hanc explicationem nonnihil ob-
scuram, & quia ex consolationibus profectum metiri vide-
atur, etiam difficulter discernibilem esse censet.

III. Quare ipse clarius totam termini hujus perfectio-
nem in tribus consistere putat. 1. Ut à peccatis & vitiis quis
ita absteineat, ut occasiones seu illecebras nullo deliberato as-
sensu videatur admissurus. 2. Ut exortas in se cupiditates
vel terrores sic frenare nôrit, ut levi negotio imperum coër-
ceat. 3. Ut in exteriorum abnegatione (& si Religiosus
est, etiam in Votis & Regulis sui Ordinis) ita fidus invenia-
tur, ut neque clam, neque palam in contrarium aliquid ausit.
Ex his namque tribus lætitia illa spiritalis à S. Bonaventura
pro Terminò assignata orietur.

§. VII.

De Axiomatibus viæ purgativæ.

I. Quemadmodum ad ædificium solidè & securè erigèn-
dum, nihil magis necessarium est, & conducit, quàm si fir-
mum & solidum fundamentum ex duris & solidis faxis ponatur;
ita & ad perfectionis ædificium feliciter & faciliter eri-
gendum plurimum prodest, si axiomata quædam seu doctrinæ
universales à peritis Asceseos Magistris præscriptæ semper
ob oculos & in memoria habeantur; qualia quidem pro via
purgativa sequentia esse possunt.

II. Primum ergo axioma est: *Tantum quisque vivit
DEO, quantum moritur sibi.* Uti jam olim Christus ipse S.
Catharinam Senensem docuit; vel, ut Thomas Kemp. 1. 3.
Opusc. c. 56. sub aliis terminis proponit: *Tantum Homo in
DEVM transit, quantum à se exit.* Cum enim amor proprius
omnium malorum radix sit, ut supra ostensum est, rectè in-
fertur, hoc impedimento sublato, facile hominem DEO ad-
hæsurum; unde S. Augustinus l. 47. in c. 17. Matth. præcla-
rè sic hortatur: *Prima hominis perditio fuit amor sui; si enim
non se amaret, & DEVM sibi præponeret, DEO semper esse sub-
ditus vellet: non autem converteretur, ad negligendam volun-
tatem illius, & faciendam voluntatem suam. Præpone his vo-
luntatem DEI, discite amare te, non amando te.*

III. Secundum est: *Tantum se quisque verè amat,*
quæ

quantum se odit. Cujus axiomatis veritas ex ipso Christi monio patet Matth. 10. dicentis: *Qui invenit animam suam perdet illam: Et qui perdidit animam suam, inveniet eam.* Super quæ verba eleganter S. Augustinus tr. 51. in Joann. currens, magna sane, inquit, ac mira sententia, quemadmodum sit hominis in vitam suam amor, ut pereat: odium, ut pereat. *Si male amaveris, tunc odisti. Noli amare, ne perdas: amare in hac vita, ne perdas in æterna vita. Felices, qui vivunt custodiendo, ne pereant amando.*

IV. Tertium est, *Desine concupiscere, & desine habere:* Ita pius Asceta l. 3. c. 32. dum ait: *Tene brevia, & summatum verbum: Dimitte omnia, & invenies omnium linque cupidinem, & invenies requiem.* Ratio verò axiomatis est, quia homini nunquam bene esse potest, nisi per amorem adhaereat Authorio in homil. aliter inhaerere non possunt, teste S. Gregorio in homil. aliter inhaerere non possunt cupiditatem à nobis, qua omnium malorum radix est, abstrahimus. Hinc, ut S. Bernardus l. 3. de Ascens. pronuncians, Apostoli Spiritu Sancto repleti nequiverant ante Conceptionem, quia carni Dominicæ, etiam Sanctæ, adhaerent. Merito ergo S. Gregorius l. 7. epist. 16. hortatur: *Ne defluere de vitat, fugias, ne per hoc, quod amat, in hoc devenire, quod vitat. Quanto enim acrior cura in infernum ad infima, tanto tepore damnabili refrigescit à summis: quæ enim simul & aequaliter amari non possunt.*

V. Quartum est, *Tantum proficies, quantum intuleris:* ita iterum Thomas Kemp l. 1. c. 25. cum de conscientia sua, teste S. Scriptura Gen. 8., facile patet, quod hominem sine magna violentiâ ab amore sui & carnis, etiam inordinato avelli, atque ad eum meritò dici, qui ceteris in perfectione profecturum, qui majori seletione à creaturis abstraxerit. Unde Sponsa Cant. 6. non solum pulchra ut Luna, & electa ut Sol, sed etiam terribiliorum acies ordinata dicitur, ut indicetur, per hanc historiam ad tantam perfectionem, & sanctitatem ipsius devenisse.

VI. Quintum denique axioma est: *Si vis vitam, amare vitam:* uti S. Augustinus inonet, cum enim vita vera

in caritate consistat; vita autem, quam plerumque homines vivunt, in concupiscentiis & peccatis consumatur, rectè infertur, neminem veram vitam possessurum, nisi qui vitam mutaverit; hinc Apostolus ad Eph. 4. monet: *Deponite vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris; renovamini autem Spiritu mentis vestra, & induite novum hominem, qui secundum DEVM creatus est in iustitia & sanctitate.*

P A R S III.

DE THEOLOGIA ASCETICA
PER VIAM ILLUMINATIVAM
DEDUCENTE.

I. **E**T si DEVS Hominem ad imaginem suam atque adeò ad beatitudinem participandam creaverit, noluit tamen illam ei communicare, nisi priùs eam per fidelia obsequia promereretur, id quod in ipsa statim Hominis creatione insinuavit, dum scilicet posuit eum in *Paradiso voluptatis*, ut *custodiret illum*, id est, bene agendo, & mandata DEI servando, dignum se Paradisi illius fruitione efficeret, sicque olim in caelestem etiam Paradisum transferri mereretur.

II. Alter ergo terminus ambulationis spiritualis (in qua perfectionis studium consistere part. i. dictum est) seu *terminus per quem* incedendum, & ad perfectionem velut ultimum finem tendendum est, sunt opera bona seu virtutes supernaturales, quibus Homo ad colendum atque amandam DEVM disponitur, & adjuvatur; cum enim perfectio, ut alibi ostensum est, in caritate DEI & Proximi consistat; hæc autem Caritas obtineri non possit, nisi aliarum virtutum ministerio adjuvetur, ut in progressu patebit; meritò virtutes istæ pro termino intermedio, seu *termino per quem* ambulationis spiritualis assignantur. De quibus ulterius ex communi Theologorum doctrina supponendum, quòd in duas classes dividantur, *Theologicas* scilicet (sic dictas, quia immediate circa DEVM versantur) & *Morales* (sic appellatas, eò quòd immediate circa mores rectificandos occupentur) in quarum coincidente natura, subordinatione, & praxi ostendenda possimus

tissimus partis secundæ Theologiæ Asceticæ laboratur.

III. Porro cur via hæc *illuminativa* vocetur, duarumque causas assignant Ascetæ: Prior est, quod per illam Homo à peccatis purgatus, habilis & idoneus effectus illuminationis divinas percipiendas (juxta illud Christi Mat. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipsi DEVM videbunt*) illius divini luminis paulatim magis experiri, imò in ipsa dicitur tutum & operum bonorum ambulare incipiat, sicque compleat Consilium Apostoli dicentis Rom. 13. *Nox (peccata) præcessit; dies autem (scu occasio bene agendi) appropinquavit. Abiciamus ergo opera tenebrarum, & induamus opera lucis. Sicut in die honestè ambulemus.* Posterior causa, quod Homo in hac via constitutus, ut virtutes facilius, & festiusque exercere valeat, Christum, qui est *Lux* & *veritas*, *animans omnem hominem venientem in hunc Mundum*, & clarissimam virtutis ac sanctitatis idea, in tali exercitium imitandum præcipuè proponat, atque adeò ab illo, qui de se Joan. 14. dixit: *Ego sum via, veritas & vita, nec venit ad Patrem, nisi per me*: illuminetur ad dictas virtutes festissimo modo exercendas.

CAPUT I.

DE VIRTUTE IN GENERE.

I. DE hac fusè agunt Ethici, verùm quia hæc virtutibus supernaturalibus, quatenus ad finem supernaturalem conducunt, sermo est, ideo virtutis talis ad actus supernaturales honestos eliciendos inclinatæ descriptio, ut examinanti patebit, omnibus omnino virtutibus tam Theologicis, quàm moralibus convenit.

II. Porro ut virtus talis perfecta, atque omnimodis absoluta sit, tres proprietates vel conditiones debet. Prima est, ut sit *deliberata*, id est, ut non actus ipse virtutis exerceatur (hoc enim naturaliter que omni laude fieri potest) sed verè etiam propter suam priam honestatem, vel certè alienam alterius virtutis principè caritatis eliciatur. Secunda est, ut sit *diferentia*

Quoad viam illuminativam.

III

ut S. Bernardus super Cant. rectè pronunciauit, *discretio omni virtuti ordinem ponit, modum tribuit, decorem & perpetuitatem confert. Est ergo discretio non tam virtus, quam quadam moderatrix virtutum, ordinatrix affectuum, & doctrix moralium. Tolle hanc, & virtus vitium erit, ipsaque affectio naturalis in perturbationem magis convertetur, exterminiumque natura.* Tertia est, ut sit *solida seu constans*, quod fiet, si propter occurrentes difficultates vel adversitates non facilè ab exercitio illius desistatur. Ex qua quidem proprietate vel maximè vera virtus ab apparente & fictitia discernitur, id quod eleganter nonnemo per similitudinem facierum naturalem & fucatum pulchritudinem habentium declaravit; sicut enim facies naturalem pulchritudinem habens, etiamsi aqua calida perfundatur, non solum pulchritudinem suam non amittit, sed potius majorem efficit, fucata verò facies in tali casu totum amittit decorem; ita virtus quoque si vera sit, etiam inter adversitates suum splendorem retinet, augètque, secus verò si fucata duntaxat sit.

III. Media, quibus virtus acquiri solet, etsi multa ab Ascetis præscribi soleant, sequenti distycho comprehensa:

Exoptes, ores, meditère, opereris oportet,
Executias crebrò, longanimis mancas.

Hæc tamen ferè ad tria revocari possunt, scilicet 1. ad *Desiderium*, quod per meditationem frequentem & accuratam præstantiæ, & fructuum ex tali virtute oriri solitorum obtinetur juxta illud Psal. 38. *In meditatione mea exarscet ignis.*

2. Ad *orationem*, per quam talis virtus incessanter petatur à DEO, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit. Unde de virtute quoque sibi quisque dictum mutare debet, quod S. Jacobus c. 1. de Sipientia dixit: *Si quis vestrum indiget Sipientiâ (aut virtute) postulet à DEO, qui dat omnibus affluentèr, & non impropèrat, & dabitur ei. Petet autem in fide nihil hastans.* 3. Ad *praxin* seu exercitium; quia sicut Fabri fabricando, ita virtuosi virtutes exercendo efficiuntur. Hinc Apostolus 1. Cor. 15. fatetur: *Gratiâ & Sponsa Cant. 1. postquam trahi à Sponso per gratiam*

Et sum, id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit. mox addit propriam cooperationem dicens: *Curre in odorem unguentorum thorum.*

IV. De

IV. Denique ex his, quæ hætenus de virtute in
 muni dicta sunt, sequentia axiomata viam illuminatam
 decurrere volentibus bene notanda deduci possunt. Primum
Omnis gloria Filia Regis ab intus. Psal. 44. Nam, ut rectè
 Bernardus S. 1. de natal. S. Viç. dixit, *Sola virtus
 gloria est; sola enim est, cui gloria iure debetur.* Hinc Romani olim duo templa, Honori & Virtuti
 ædificârunt ita constructa, ut nemini ad Honoris templum
 aditus pateret, nisi qui per Virtutis templum prius transisset.
 Secundum: *Pietas ad omnia utilis*: per quam rectè In-
 res virtutem intelligunt; hæc enim verè ad omnia utilis
 tur, cum veræ opes, quibus juxta proverbium obedire
 omnia, non divitiæ sint, sed virtutes, quas secum quis
 scientia portat. Tertium: *Virtus sibi met pulcherrima
 fructus*: quia, ut rectè Cassiodorus advertit, *fructus
 habet homo, si simpliciter apud se de bono felicitis conscientiam
 monio possit gloriari: neque subiecta est externa dispositio
 bitrio, sed in propria puritatis maiestate consistens, ab
 ribus præmia non requirit. Quid enim præmii aut boni
 etet, cum sine illa nihil bonum sit, atque ad eam nec præmii
 mereatur.*

CAPUT II. QUOMODO VIRTUTES THEOLOGICÆ SIBI MUTUO SUBORDINANTUR.

I. **R**ECTÈ SS. Patres & Ascetæ Caritatem reliquarum
 virtutum Reginam dixerunt, quia, sicut Ancillam
 prium officium est, Reginæ servire, atque ad illius
 intentionem cooperari; ita Virtutes reliquæ caritati
 vivunt, eamque juvant ad finem, qui est beneplacitum
 DEO, felicius, perfectiusque obtinendum. Prima
 intentione principalis virtus Caritas est.

II. Quia verò Caritatis huius officium est, vel
 re DEO, eoque frui; ignoti autem nulla cupido est,
 cessariò præcedere debet virtus aliqua, quæ cogit
 DEVS, prout est objectum supernaturale Caritatis
 Fides, quam S. Thomas æternæ vitæ inchoationem

atur, per quam, quia in hac vita sine speciali gratia DEVS
 clarè videri non potest, obscurè cognoscantur, tum ipse Deus,
 tum alia objecta, quæ ad amorem illius consequendum sunt
 necessaria aut proficua. Unde Fides rectè dicitur esse Virtus,
 quæ mysteriis revelatis propter auctoritatem DEI revelantis
 assentimur. Estque hæc virtus adeò necessaria ad perfectionem
 consequendam, ut S. Teresa, & alii plures meritò iudicave-
 rint, omnes ferè mortalium errores, & peccata ex defectu vi-
 væ Fidei oriri, seu ex hoc, quòd veritates supernaturales,
 quas DEVS de sua infinita bonitate, de præmiis bonorum, &
 suppliciiis malorū operū, de excellentia virtutū & turpitudine
 vitiorum &c. revelavit, aut non credantur, aut certè non per-
 vivam fidem recolantur, ut adeò meritò eam assiduo petere
 debeamus à DEO. & cum Apostolis clamare: *Domine, adau-
 ge nobis fidem.* Quia tamen nostra etiam Cooperatio requiri-
 tur, ideo medium ad Fidem excitandam præ reliquis efficac-
 est, si motiva credibilitatis frequèter & bene perpendantur, &
 quantum illis efficiæ ad assensum nostrum extorquendum
 insit, accuratè consideretur. Præcipuè verò ad hunc finem
 juvabit perpendere, quòd veritates à DEO revelatæ tot mi-
 raculis in toto orbe usque ad hanc horam confirmatæ, & in-
 ter tot persecutiones, sanguinisque effusiones semper incon-
 cussæ perstiterint. Præter hæc duo media verò non parùm
 juvat ad Fidei augmentum, si quod interius per assensum cre-
 dimus, exterius per confessionem, ut Apostolus Rom. 10. mo-
 net, ad salutem confiteamur; nam, ut rectè S. Vincentius Fer-
 reri advertit, Fides in corde est instar luminis lucernæ in-
 Jusi, quod, quandocunque non habet exhalationem, ex-
 inguitur.

III. Post Fidem meritò Spes velut altera virtus Theo-
 gica necessaria est; neque enim ad persecutionem alicujus
 sufficit cognoscere bonitatem ipsius, nisi etiam possibilis
 redatur acquisitio illius. Est ergo Spes virtus supernatura-
 lis, quæ suavitè beatitudinem ex gratia DEI & propriis meritis
 speramus. Hinc rectè aliqui dicunt, Fidem esse quasi duos ocu-
 lus columbæ, id est, animæ Fidelis, de quibus Cant. 4. Sponsus
 dicitur: *oculus tuus sicut columba.* Spem verò esse duas alas, quæ illi datæ sunt ad
 volandum in cælos, uti Apocal. 21. habetur. quem Ordi-
 nis pulchrè S. Bernardus l. 10. super Psal. *qui habitat*, in-
 dicat.

H

dicat, dum ait: *Dicit Fides, parata sunt magna inexcogitabilia bona à DEO Fidelibus suis: dicit Spes, mihi illa servata nam tertia quidem caritas, curro, ait, ad illa.* Porro mensura ad spem hanc obtinendam efficacissimum creditur illud, quod S. Augustinus l. 10. in Pl. 91. offert his verbis: *Hac mensura considero, in quibus tota spes mea consistit: Caritas adoptiva caritas promissionis, potestas Redemptionis.* Præcipue tamen his tribus primum idem Sanctus considerare nos jubet, scilicet caritatem DEI, quâ ita nos dilexit, ut Filium suum unigenitum daret, quomodo enim non etiam cum illis nobis donabit, ut Apostolus ad Rom. 8. concludit? *Et inquit S. Augustinus, quod fecit, dando scilicet Filium, quod promissit, promittendo gloriam. Si, quod plus est, tamen quod minus est, speramus.*

IV. Ultima tandem ex virtutibus Theologicis est, quæ, licet prima sit ordine dignitatis & intentionis, tamen executionis merito sequitur priores dantes, cum ad cognitionem & spem boni subsequatur præterea, & fruitio illius. *Est ergo Caritas virtus supernaturalis, quâ DEVS propter se diligitur.* Quid autem sit diligere, supradictis patet, scilicet idem velle & nolle cum diligere, tunc hanc virtus potissimum, si bonitas DEI infinita, velut fonte omnis alia bonitas creata infinities melior, & præterea etiam per experimentalem gustum (ad quod non minus requiritur generosa victoria in omni amore inordinato erga res creatas exuendo juxta illud Apoc. 2. *Vincite, & manducabitis manna absconditum*) divina illa & inexplicabilis dulcedine gustetur, ut S. David Pl. 33. hortatur: *Gustate, & videbitis quoniam suavis est Dominus.*

V. Ex his porro tribus virtutibus Theologicis sequentia axiomata erui possunt. Primum: *Non est possibile est placere DEO, Hebr. 11. nam, quomodo placere (& amabunt) in quem non crediderunt?* Secundum: *Non possumus in eo, qui confortat nos, Phil. 4. quia, qui confortat nos, omnipotens & fidelis est, ut possit & velit dare etiam quod non dubitet. Sic homo, qui esse debet, & mox ei addendum est, propter quem facta sunt omnia.* Clarius fortè idem

Quoad viam illuminativam.

115

sensus per aliam a S. Bernardo l. 9. sup. Pl. *Qui habitat prola-*
tam sententiam exprimi posset: *Tantum per nos operabitur*
DEVS, quantum se nostra in eum fiducia extenderit. Tertium
est: *Id quisque est, quod amat:* quia amor facit unum cum a-
mato, hinc pulchre S. Augustinus de dilig. *Si terram diligis,*
terra es: si DEVM diligis, quid vis, ut dicam: DEVS es. Quar-
tum est: *Qui amat, non laborat:* S. Aug. quia amor ita ab-
ripit mentem, ut amans vel non sentiat labores, ac difficulta-
tes, vel certe contemnat, ut amanti placere, eoque frui pos-
sit; hinc Sponsa Cant. 1. ait: *Fasciculus myrrha dilectus meus*
mibi, & non fascis, eò quòd leve pro amore illius ducat, quid-
quid laboris imminebit & doloris.

CAPUT III.

QUOMODO VIRTUTES MORALES, ET PRÆCIPUE PRUDENTIA SUBSER- VIANT CARITATI.

1. Quia ex una parte, teste S. Gregorio, amor nunquam
est otiosus, sed aut operatur magna, si est: aut, si o-
perari renuit, amor non est: ex altera verò parte idem amor
communiter, & rectè cretus esse dicitur, ideo meritò virtute
aliqua directrice opus habet, quæ ipsi ostendat, quomodo
media ad finem præfixum obtinendum oportuna eligere de-
beat, & hæc Prudentia dicitur, quæ est *virtus supernaturalis,*
docens media ad finem supernaturalem consequendum idonea
eligere. Vel, ut brevius S. Augustinus l. 1. c. 13. de lib. arbitr.
describit, est *rerum agendarum vel fugiendarum scientia.*
Hinc tria illius sunt officia, scilicet sollicitè consultare de
mediis, rectè de eorum aptitudine judicare, & efficaciter im-
perare usum seu executionem illorum. Unde Christus Matt.
24. servum prudentem & fidelem requirit; prudentem qui-
em, qui prudenter indaget, quid Dominus velit: fidelem
erò, qui id, quod eum velle intellexit, fideliter exequatur.
x quo facile patet præstantia & necessitas hujus virtutis, ut-
ore qua non modò est unum ex præcipuis instrumentis ad
perfectionem Caritatis consequendam, sed etiam præ reli-
is virtutibus hominem idoneum facit ad altissima quæque
officia

CAPUT IV.

QUOMODO JUSTITIA CARITATI SUBORDINETUR, ET SUBSERVIAT.

Quia DEVS vult, ut se tum in seipso, tum in Proximo tanquam imagine sua amemus, atque erga utrumque varias actiones vel ab ipso præceptas, vel certè per modum consilii dictatas exerceamus, hinc virtus necessaria est, per quam cuique tribuamus, quod ipsi quocunque titulo debetur, & hæc Justitia vocatur, latius eam sumendo, prout Justitiæ strictè acceptæ, de qua infra dicitur, opponitur, estque *Virtus supernaturalis inclinans ad id, quod cuique debetur, tribuendum.* Quia verò Personæ, quibus tale debitum persolvere tenemur, sub variis titulis & rationibus formalibus considerari possunt, hinc variæ etiam species hujus virtutis rectè ab Ascetis assignantur, ut mox patebit.

§. I.

Quomodo Justitiæ Virtus jus suum DEO tribuere doceat.

I. Prima Persona, cui Justitia jus suum tribuere docet, DEVS est, qui, quia est Author vitæ nostræ, atque adeo velut Dominus illius liberum de ea disponendi arbitrium habet, meritò Supremum adorationis, vel, ut alii vocant, Patriæ cultum requirit; ad quem quidem cultum Religio ordinatur, ideoque definitur *Virtus supernaturalis inclinans ad debitum cultum DEO tanquam omnium rerum principio exhibendum.*

II. Exhibetur autem illi hic cultus à Religione per sequentes actus. 1. Per *Devotionem*, quæ est promptitudo mentis in omnibus, quæ ad divinum cultum & obsequium pertinent. 2. Per *Orationem*, quæ est elevatio mentis ad DEVM, quâ decencia ab eo petuntur, habetque vim infallibilem impetrandi, si necessaria ad salutem, pro se, cum constantia, fiducia ac pietate petantur. 3. Per *Adorationem*, quæ coram DEO velut Authore bonorum omnium nos prosterni-

sternimus. 4. Per *Sacrificium Missæ*, quo DEO tum corpus, tum sanguinem Filii sui in SS. Eucharistia existentem consecrationem offerimus; Estque hoc Sacrificium ideopotentissimum Religionis actus, quia omnes perfectiones veterum Sacrificiorum eminentissimè continet; est enim imitatio Sacrificii Latreuticum, quia per id summum, quod possumus, DEO honorem exhibemus. Est *Rememoratio* oblati. Est *Eucharisticum seu Laudis Sacrificium*, quia dignissimo modo grates DEO pro acceptis beneficiis referuntur. Est *Propitiatorium*, quia in condignam satisfactionem DEO pro nostris & aliorum peccatis offertur. Est *Impetratorium*, quia per illud DEO oblatum temporalia, quàm temporalia bona copiosè impetramus. Per *susceptionem & administrationem Sacramentorum* DEVM tanquam Authorem gratiæ per Sacramenta conferendæ, & mentium nostrarum Sanctificatorem agnoscimus & honoramus. 6. Per *Oblationem Primitiarum & Altarium*, quibus Ministros Altaris sustentamus, atque ipsam quam Administris DEVM veneramur. 7. Per *Præces* cunque honestas, ac pia, maximè Religiosorum. 8. Per *Intercessionem*, quo urgente necessitate, vel alia gratia DEVM tanquam infallibilem Testem alicujus rei invocamus, & adducimus. 9. Per *Admirationem seu Obsecrationem*, quâ DEVM per quosdam titulos, v. g. per bonitatem suam, aliâsque perfectiones obsecramus, ut aliquod bonum concedere dignetur, estque hic modus sanctissimus orandi. 10. Per *Laudem*, quâ DEVM ob suas perfectiones & mirabilia opera, Hymnis & Cantibus ritualibus colimus, ut nos ad reverentiam ac fervorem generatione Summi Regis excitemus. 11. Per *Gratias*, quâ pro acceptis beneficiis gratias ei persolvimus. 12. Per *Pœnitentiam*, quâ detestamur peccata, quatenus a DEO, atque ad debitam satisfactionem eidem præstitam offerimus.

III. Ex quibus omnibus patet, Religionem præstantissimam esse, circa præcipuum objectum, nempe ipsum DEVM, quod tanquam circa objectum formale quod (hoc quod)

tutum Theologicarum proprium est) sed circa objectum & finem cui versatur, & præterea singularem habet gratiam ad supernaturalia dona, gratiasque Homini impetrandas, quæ sunt perfectissima instrumenta ad perfectionem, ipsamque adeo supremam felicitatem obtinendam.

IV. Pro ipso verò Religionis exercitio facilius peragendo, sequentia axiomata, si bene ponderentur, non modicè juvabunt. Primum, *Numinis est cultus pulcherrimus optima virtus*: quia scilicet hic cultus est *purissimus*, utpote omni notabiliore labe carens; *Amplissimus*, utpote omnia Hominis virtuosæ opera complectens. Et *longissimus*, utpote toto vitæ tempore, & quidem etiam diu, nocturneque durans. Secundum, *Rectè novit vivere, qui rectè novit orare*: quia per Orationem veram partim impetratur efficax & copiosa gratia ad rectè vivendum necessaria; partim percipitur gustus quidam vitæ spiritualis & cælestis, atque adeo excitatur animus ad terrestres voluptates spernendas juxta notum axioma: *Gustato Spiritu desipit omnis caro*. Tertium, *Sic nos visitat DEVS, sicut eum colimus*: ita Ecclesia in Hymno Festi Corporis Christi precatur: *sic tu nos visita, sicut te colimus*: quia cum Deus liberalissimus sit, nihil sibi gratis, præstitum esse permittit, atque adeo tantò liberaliorem se exhibet, quantò liberaliùs illi debitus cultus præstatur. Et hoc est, quod Christus Matt. 6. indicare voluit, dum dixit: *Quærite primum Regnum DEI, & iustitiam eius, & hæc omnia adiciuntur vobis*.

§. II.

Quomodo Justitia ad jus suum Creatis rebus tribuendum inclinet.

I. Non minùs verò Justitia ad jus suum Creaturis rationalibus tribuendum inclinat; Hinc enim, sicut varii sunt tituli, ob quos iisdem jus suum tribuere vel conservare tenemur, ita variæ quoque Justitiæ hujus latiùs acceptæ species exurgunt. Nam 1. quia principalem inter Creaturas spirituales locum habent Cœlites, quibus ob singularem, quam in Cœlis adepti sunt, excellentiam, & pro nobis intercedendi potestatem singularis haud dubiè cultus & veneratio debetur, pro hoc officio *Dulia*: respectu B. Virginis verò ob ex-

traordinariam, & multum supra alios Sanctos eminentem dignitatem *Hyperdulia* assignatur. 2. Quia inter eos Homines, qui in terris versantur, primum locum merito tenent Parentes, utpote vitæ corporalis Authores; Secundum Superiores, quos Parentum loco veneramur; Tertium Benefactores. Quartum Amici: Quintum alii, qui aut ætate, aut dignitate, aut Sapientia, aut virtute nobis majores sunt. In respectu Parentum *Pietas*, respectu Superiorum *Obedientia*, respectu Benefactorum *Gratitudo*, respectu Amicorum *Amicitia* seu mutua duorum benevolentia, respectu aliorumque *Observantia* assignatur; quarum omnium officiorum debitum Personis sibi correspondentibus cultum, officium exhibere. 3. Quia, si Homines præcisè considerentur, ut eandem vitam sive naturæ, sive gratiæ participant, iterum officia erga illos præstari possunt, hinc variaz species Justitiæ exurgunt. Nam in quantum eis bonum communi mus, & bonum suum statum gratulamur, communi sumus, & bonum suum statum gratulamur, communi sumus, *Caritas*; in quantum suaviter & jucundè cum iisdem communi sumus, *Affabilitas*; in quantum miserias eorum subleamus, *Misericordia*; in quantum sincerè & absque dolo communi sumus, *Simplicitas*; in quantum id, quod in mente habet apertè exponimus, *Veracitas*; in quantum bonam famam, aliâque illius bona intacta relinquimus, & iniuste ablata restituimus, *Iustitia* strictè accepta, & in quantum denique bona nostra libenter & largè illis communi sumus, *Liberalitas* appellatur.

II. Ex his virtutibus sequentia axiomata erui possunt: *Melior est obedientia, quam victima*: quia si victima aliena caro immolatur, quod adeò difficile non est, obedientiam autem propria voluntas sacrificatur, quod magna violentia, & insigni sui victoria non contingendum: *Invitat ad magna, qui gratanter suscipiunt*: Cassiod. ep. 4. quia, ut S. Chrysostomus ho. 8. in epistola Iosif. testatur, *DEVS exigit à nobis gratitudinem, non per se celebratione opus habeat, sed ut, quidquid est lucrum ad nos redeat, & dignos nos faciamus maioribus subjectionibus* Numina intrans in mare, ut iterum fluant. Tertium: *Discordia res parva crescunt: discordia maxima delinunt* quia per mutuam caritatem benedictio & assistentia

copiosius obtinetur: tum quia per talem conjunctionem virtus unita fortior efficitur, tam ad ordinarias functiones rite perficiendas, quam ad obstacula contraria, hostesque fortiter repellendos, nam Frater, qui adjuvatur à Fratre, quasi civitas firma, teste Salomone Prov. 18. Quartum: *Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate* Prov. 16. quia, quod iuste acquisitum est, benedicet DEVS; quod autem contra ipsius voluntatem obtentum est, benedictione carebit, atque adeò radicem agere non poterit; hinc jam olim commune erat proverbium, malè parata malè dilabi. Quintum: *Quà mensurà mensi fueritis, eadem remetietur vobis.* Luc. 6. quia DEVS, qui omnia, quæ uni ex minimis facimus, sibi facta putat, à liberalitate Hominum se vinci non patitur, sed velut fertilis ager obsequia sibi exhibita decuplo fructu compensat; hinc rectè Apostolus 2. Cor. 9. ait: *Qui parvè seminat, parvè & metet: & qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus & metet.*

CAPUT V.

QUOMODO FORTITUDO CARITATI
SUBORDINETUR.

I. Inter alia ad caritatis perfectionem requisita media merito non postremum censeari debet, impedimentorum, quæ dictæ virtutis exercitio præcipuè obstant, efficax remedium. Quia verò, teste S. Augustino in serm. de S. Vincentio, *duplicem aciem producit Mundus contra Milites Christi; blanditur enim, ut decipiat: terret, ut frangat. Non nos teneat voluptas propria, non nos terreat crudelitas aliena, & victus est Mundus. Ad utroque aditus occurrit Christus, & non vincitur Christianus.* Ideo ad hæc duo impedimenta removenda pariter duas virtutes sapientissima DEI Providentia subministravit, quarum prima est Fortitudo, quæ labores, mortisque pericula constanter suscipiuntur, & perferuntur; variâque sub specie continet, prout scilicet variæ difficultates sese offerunt, quæ ipsius adjutorio sunt superandæ; nam vel difficultas oritur ex ipsa substantia operum, & tum ad hanc superandam *Magnanimitas* ordinatur: vel ex sumptibus faciendis, & ad hanc difficultatem tollendam *Munificentia* datur:

vel ex timore & anxietate de eventu operum, & pro hinc
 derandis *Securitas*, quâ pacatè & tranquillè magna operum
 tutis aggredimur, servit: vel ex malorum, quæ perpetua
 sunt, qualitate ac multitudine, & contra hæc *Patientia* ju-
 nit, ac roborat: vel ex temporis diuturnitate, & pro hoc
 cenda *Longanimitas* juvat: vel ex continuatione Operum
 hanc difficultatem *Perseverantia* tollit, vel minuit. Vel
 nique ex ipsa cordis humani mobilitate ad opus deserendum
 aliudque suscipiendum impellente, & pro hoc impeditur
 removendo *Constantia* præparata est.

II. Ex quibus virtutibus sequentia erui axiomata
 sunt. Primum: *Melior est patiens viro forti*: quia ad
 externos vincendos robur corporis adhibetur; ad patiens
 autem animi fortitudine opus est, quod utriusque præclarum
 cum perfecta victoria sit, de semetipso triumphare.
 dum: *Perfectio maxima in minimis*: quia in his eligitur
 perficiendis, & ad majorem DEI gloriam ordinandis
 difficultas superanda est; hinc, ut rectè S. Valerianus
 tit, semper virtus magna in minoribus experimentatur
 &, ut S. Chrysostomus ait, DEVS omnia facit, & lætatur
 ex minimis nos coronet, dicatque cum veritate: *quod
 pauca fuisti fidelis, super multa te constituam*. Tertium
cura mens quasi iuge convivium. Prov. 15. quia nullum
 num cum delectatione percipitur, ubi malum ablatum
 sententia inferendum formidatur; hinc teste Salomone
*Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena
 Exemplum præbuit Damocles Dionysii Regis secutus
 te Regiam mensam sedenti omnem ad Epulas appetens
 pensus ex seta Equina super caput nudus gladius* & per
 Quartum: *Finit coronat opus*: quia, ut rectè S. Gregorius
 mor. advertit, *in cassum bonum agitur, si ante vitam
 deseratur: quia frustra velociter currit, qui prius
 metas venerit, deficit. Et quid mihi prodest, inquit, si
 si sata viridantia spem messis ostendant, & mox sub
 tempore subita vel aëris intemperie, vel pluviarum
 ne decipiant? Hinc meritò Christus dixit Luc. 9. *ne
 qui mittit manum ad aratrum, & respicit retro, non
 regno DEI, & S. Hieronymus l. 1. contra Jovianum
 nis non quæri initia, sed finem & perseverantiam.**

CAPUT VI.

QUOMODO TEMPERANTIA CARI-
TATI SUBORDINETUR.

I. Alterum impedimentum perfectionis est inordinatus illicitarum delectationum amor, ut supra dictum est, ad quem cohibendum Temperantia ordinatur; hinc à S. Augustino definitur, *affectio coercens & cohibens appetitum ab iis rebus, quæ turpiter appetuntur*. Quia verò variaz admodum res sunt, quæ inordinate appeti possunt, ideo variaz quoque Temperantiaz species reperiuntur; nam si quidem appetitum à cibis inordinate appetendis cohibeat, *Abstinentia*: si à potu, *Sobrietas*: si à Venereis Voluptatibus, *Castitas*: si ab aspectu, Verbo, aut tactu impudico, *Pudicitia*: si ab omni corporis voluntaria pollutione, *Virginitas*: si ab iræ motibus, *Mansuetudo*: si à nimio studendi, & cognoscendi desiderio, *Studiositas*: si à loquendi excessivo pruritu, *Taciturnitas*: si à ludis, jocis, & aliis inordinatis corporis motibus, *Modestia*: & tandem si ad obtinendam à sensualibus delectationibus continentiam variaz corporis afflictiones adhibeantur, *Maceratio* appellatur.

II. Ex dictis sequentia pro Ascepsi axiomata erui possunt. Primum: *Qui abstinet est, adiciet vitam*: Eccl. 37. non corporalem duntaxat, sed spirituales etiam gratiaz, gloriæ, & famæ; quia tantum virtuti & famæ adijcitur, quantum cupiditati detrahitur. Secundum: *Prima virtus Monachi est, Hominum iudicia contemnere*: quia, cum hæc plerumque falsa & sibi adversantia existant, fieri non potest, ut recte agat, & perfecte, qui perfectis æquè ac imperfectis placere appetit. Greg. hinc rectè dixit nonneimo: *Non quàm multis placeas, vide, primis, sed quibus*. Tertium: *Qui se humiliat, exaltabitur*: quia inquit, quò fidelitè quis omnia DEO, & non sibi attribuit, tantò *magis se sublevari sentiat*. Quartum: *Vbi Christus est, ibi modestia est*: quia etiam, quando Palatia foris eleganter exornata ac, si respicimus, magnum quendam Dominum in iis habitare crederemus, *humiliamus*. Quintum: *Qui non offendit in verbo, perfectus est*: Jac. 2. quia ex abundantia cordis os loquitur, atque adeò perfecta locutio meritò magnam etiam in animo latentem virtutem

virtutum apparatus, qualis ad perfectam locutionem
ritur, arguit. Sextum: *Restè novit loqui, qui restè novit
cere*; quia & tempus ad dicenda priùs consideranda, &
tem loquendi ex aliorum sermonibus addiscendam
Hinc & aves auscultando cantum discunt.

CAPUT VII.

DE TENTATIONIBUS SPECIALIBUS
VIÆ ILLUMINATIVÆ.

I. **Q**uadruplicis generis tentationes huic viæ illu-
tivæ specialiter sunt infestæ. Prima est *in-
tia* tentatio; cum enim is, qui in hac via constitutus est,
vertat se crevisse in perfectione, atque adeò majorem
ritatem, gravitatemque spiritualem assumere debere,
dum est, ne, dum exercitia aliqua viæ purgativæ propo-
mittit, etiam alia proposita salubria, piâque exercitia
velut hunc statum & viam minus decentes omittat.
diligenter vigilandum erit, ne, dum ad majora bono-
renda impellit Adversarius, majoribus simul & mino-
privet. Nihil ergo sive de ordine diurno, sive de nocturno
spontaneis exercitiis immutandum, nisi manifestè
gratiam invocata, & maturam deliberationem
fam spes boni notabiliter majoris appareat; eoque
res & industria tota convertenda, ut non tam nova
tur, quàm novo fervore, & majori perfectione adma-
tur, eumque in finem tritum Ascetarum Axioma
obversetur, quo dicere solent, DEVM adverbia magis
verba ab Hominibus expetere, id est, non tam attentè
quàm qualiter fiat.

II. Altera tentatio *Tepiditatis* est, quæ, si ulli
aut statui, huic certè illuminativæ vel maxime in-
dum idem ferè his contingit, quod viatoribus solet
ut scilicet magna alacritate iter auspicantes, tandem
languere, atque de celeritate ambulationis remittunt
ant, quantò longiùs sunt progressi, id quod optimè
S. Bernardus ser. 3. de Annunc. sic loquens: *Tepiditas
cessu temporis à fervore Conversationis nostræ, paulatim
gescit caritas, abundat iniquitas, ut consummationem*

Spiritu cœperamus: inde enim est, ut minus ea sciamus, quæ à DEO donata sunt nobis, inde voti pariter, & ingrati, Timorem Domini relinquimus, religiosam omittimus solitudinem, verbo- si, curiosi, faceti etiam Detractores & Murmuratores, vacan- tes nugis, fugitantes labores disciplina, quoties sine nota id licet, quasi verbò confessim sit etiam sine noxa. Quare ut huic ten- tationi fortiter resistat Asceta, ante omnia gravitatem & pe- riculum hujus Acediæ spiritualis bene perpendat, id quod ex sequentibus Cassiani coll. 4. c. 19. verbis colligere poterit: Rectissime pronuntiatur esse deterior (tepidus cum frigido Pec- catore comparatus) quia facilius ad salutarem conversatio- nem, ac perfectionis fastigium carnalis quis accedit, quam is, qui professus Monachum, nec tamen viam perfectionis arripit- ens secundam regulam disciplina, ab illo semel spiritualis ignis fervore discessit. Ille namque corporalibus vitiis humiliatus, atque immundum se sentiens contagione carnali, ad fontem vera purificationis, ac perfectionis culmen quandoque compunctus ac- currit. Nam qui semel tepido exorsus initio, non ea humilitate ac fervore, quo debuit, iter professionis arripuit, infectus semel hæc miserabili lue, & in ea quodammodo resolutus, nec ex se ulterius perfecta sapere, nec alterius poterit monitis erudiri, di- cit enim, quia dives sum, & nescit, quia miser est, & miserabi- le, in eo factus seculari deterior, quod nec miserum se, nec cœ- parum etiam proderit, si apud se consideraverit, quantopere sibi displiceat tepida aliorum conversatio inspecta, quod te- medium S. Gregorius sequentia S. Jobi verba explicans sua- lit! Scribitur in Iobo Considerate semitas Theman, Austri, in- quam, sive teporis, quia, quæ in nobis minus disiudicanda cre- dimus, quàm sint turpia, in aliorum actibus cognoscimus. Sit- que sit, ut ad semetipsum mens redeat, & agere, quod reprehen- dit, erubescat: quasi enim à speculo facta facies displicet, cum- mens à simili vita, in seipsa, quod averteretur, videt. Sequatur ergo, quisquis hac tentatione pulsatur, S. Augustini in Psal- 106. consilium dicentis, Agnosce te in illa tentatione cadit, sem adest, & clama ad Dominum, ut de necessitatibus tuis etiam sic liberet te. Et de hac tentatione liberatus cum fueris, confi- taris illi miserationes eius.

III. Tertia tentatio illusionis est, quæ per fallacem speciem

speciem alienæ salutis procurandæ in neglectum propriæ salutis Diabolus inducere conatur; quare specialiter hinc laudandum erit, rogandusque DEVS, ut introducat cum Sp. in cellam vinariam, & ordinet caritatem, ostendendo licet, quàm parùm profit, imò quàm stultum sit, ut etiam universum quis lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiat, cum utique quisque sibi proximus sit, atque caritas quoque à seipso incipere debeat.

IV. Quarta tentatio est *sudiciorum humanorum timor & timor*: cum enim ij, qui volunt piè vivere in persecutionem sint passuri, teste S. Paulo 2. Tim. 3. ab inimicis, quorum tepida conversatio à fervore taliter vivendi reprobatur, meritò contra ejusmodi respectus maturem mare debet is, qui vitam professioni suæ conformem esse re voluerit. Hinc non immeritò antiquiores Ascetici (aut cujuscunque alterius piè vivere volentis) Homini lemmi axiomate habebant, primam virtutem esse Modestiam (aut cujuscunque alterius piè vivere volentis) Homini dicitur: *Mihi autem pro minimo est, ut à vobis iudicer, aut iudicari mane die. Et iterum ad Galat. c. 1. An quero Homini care? si adhuc Hominiibus placerem, Christi servus non*

CAPUT VIII.

DE TERMINO VIÆ ILLUSTRATI
NATIVÆ.

I. **T**ERMINUS iste in tribus præcipuè capitibus consistit, quorum primum est *facilitas in virtutibus exercendis*, cum enim facilitas hæc non nisi ex habitu per frequentem actus generato oriatur, meritò non modicam in studio profectum arguit, maximè si contraria vitia omnino extincta, aut certè magna ex parte suppressa tantur, cum juxta S. Augustinum & alios, *augmentatio sit diminutio cupiditatis, & perfecta caritas nulla est* & sic de aliis virtutibus loquendo.

II. Alterum caput, in quo terminus viæ illustrati consistit, est *ablactatio spiritalis, & solidi cibi assumptio*, quo termino locutus est Isaias c. 28. dum dixit: *Quis scientiam?* (Asceticam-nempe, seu scientiam Sancti

quem intelligere faciet auditum? (solidiorum scilicet ac sublimiorum doctrinarum) ab lactatos à lacte, avulsos ab uberibus. Et S. Paulo ad Hebr. 12. Perfectorum autem solidus est cibus, eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. Consistit autem hæc ab lactatio in hoc, ut non tantum abstrahatur appetitus à sensibilibus bonis (qualia sunt munuscula sacra, recreationes, haustus extramensam, somnus prolixior, favores Superiorum, laudationes de profectu, conniventia in erratis minoribus) sed etiam à spiritualibus, ut sunt consolationes, lumina spiritualia, devotiones sensibiles, gustus in exercitatione sancta, doctrina & alia talenta, quæ velut nuptialia ornamenta cautè & verè cundè usurpanda sunt.

III. Tertium denique caput est morum ac iudicii gravitas, maturitasque: de quo termino S. Paulus 1. Cor. 13. Locutus est dicens: Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus sum vir, evacuavi ea, quæ sunt parvuli, omnem scilicet levitatè, tam in cogitationibus (pura inutilia ac vana desideria aut speculationes rerum nihil ad Spiritum proficientiam) quam in verbis (uti sunt curiosarum ac facerarum rerum narratiunculæ, assentationes, aulicisimi, & similes) ac moribus (uti sunt leviculi risus, curiosi aspectus, jocosus tactus, festinus nimium incessus, effusa comestio, immodica oratio) studiosissimè vitando; ut verè impleat S. Augustini monitum in Regulis datum, dum dixit: In omnibus moribus vestris nihil fiat, quod cuiusquam offendant aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem. Cum enim teste S. Gregorio Naz. ep. 193. ubi Christus est, ibi modestia quoque sit; viam illuminativam autem præcipuus scopus sit Christi in virtutibus vitatio, meritò de hac via perinde ac de Monasterio dici debet posse cum S. Hieronymo in epist. ad Rusticum: De Monasteriorum huiusmodi volumus egredi Milites, quorum habitus, sermo, vultus, incessus doctrinæ virtutum est.

**

PARS

DE THEOLOGIA ASCETICA
PER VIAM UNITIVAM
DEDUCENTE.

Tertius ambulationis spiritualis terminus, nempe *terminus ad quem*, est ipsa caritas, quæ, ut supra dictum est, prima quidem in intentione, in executione tamen postrema est. Quia verò Caritas in unione moralitæ actuali cum DEO velut supremo bono ac fine Homini constitit, ideo via per quam ejusmodi caritas deducit, vocatur, de qua Christus Joan. 17. locutus est, cum oraret *ter Sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, unum sicut & nos.*

C A P U T I.

IN QUO CONSISTAT UNIO PERFECTA
CUM DEO, QUÆ EST TERMINUS
VIÆ UNITIVÆ.

Et si ex iis, quæ part. 1. de perfectione in communi dicta sunt, satis colligi possit, in quo hæc unio perfectioris majoris tamen claritatis gratia proderit eam paulo amplius hoc loco velut proprio explicare. In genere autem hæc unio per illud DEI præceptum Deut. 6. indicatum dum mandavit, ut ex toto corde, animâ, & virtute diligamus nam dum ex toto corde diligere præcepit, generaliter indicavit, quòd totum amorem Homini sibi vendicandum verò ex tota anima, & viribus diligere mandavit, ut magis explicare voluit, in quo amor iste consistat, ut dicitur omnibus anima, corporisque potentiis illi, quæ non potest, Homo uniat. Id quod S. Augustinus l. 1. de sermone Christi. c. 22. indicavit, dum dixit: *Cum dicit, totam non animam, tota mente, nullam vitæ nostræ partem vacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re frangat, quidquid aliud diligendum occurrit, illuc rapiatur, uti potest dilectionis impetus currit.* Unde non malè colligi

nulli, quadruplicem esse unionem, per quam Homo perfectissime cum DEO unitur, & eo, quantum in hac vita fieri potest, perfecte fruitur, de quibus in sequentibus §§. fusius non-nihil agendum.

§. I.

De prima unione per memoriam.

I. Hæc unio in eo consistit, ut jugiter DEVS in memoria, quantum humana fragilitas patitur, habeatur; sicut enim beatitudo perfecta in cœlis in perpetuâ visione, & jugi memoria DEI consistit; ita beatitudo inchoata hujus vitæ tantò major censi debet, quantò propius ad eorundem felicem statum per similem divinæ præsentia memoriam accesserit. Ita sanè Regius vates Psal. 15. de seipso fatetur: *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris meus est mihi, ne commovear.* Hinc & alios ad exemplum suum imitandum hortatur Pl. 104. dicens: *Quarite Dominum, & confirmamini: quarite faciem eius semper.* Quid autem est facies DEI, nisi præsentia DEI? inquit S. Augustinus in hunc Psalmum, *Quid est faciem DEI querere, nisi in eius præsentia converso in ipsum corde semper incedere, sicque, ut S. Bonaventura & Hischius apud Rodriquez p. 1. tr. 6. loquuntur, beatitudinem in hac vita inchoare?* Neque hæc adeò difficile cuiquam accidere debere, vel ex ipso ferventer amantium exemplo satis liquet, quibus adeò proprium est hanc assiduam amati memoriam animo fovere, ut commune hinc exortum sit axioma, quo dicitur, animam magis, ubi amat, quam ubi animat, habitare; quantò magis similem effectum amori divinò longe perfectiori concedere oportebit? maximè cum ipse DEVS indefinenti sua beneficentia & liberalitate ad tantam memoriam invitet, quemadmodum S. Ambrosius advertit dicens lib. de condit. dign. hum. cap. 2. *Sicut nullum est momentum, quo homo non utatur vel fruatur DEI bonitate & misericordia, sic nullum debet esse momentum, quo cum præsentem non habeat in memoria.*

II. Porro memoriæ hujus continuæ fovendæ varij asservantur modi ab Ascetis. Nam 1. ajunt per *imaginationem* præseque; quatenus scilicet quis DEVM ut spheram, se verò velut

velut centrum hujus sphaerae: vel ut atomum luce
circumfusum; vel ut spongiam mari immerfam imaginatam.
2. Per elevationem; quatenus scilicet mens humana ex
creatis rebus ad Conditorum ascendit, quemadmodum
videtur Eccl. 43. hortatur dicens: *Vide arcum, & benedice
qui fecit illum, valde speciosus est in splendore suo.* Et
Sap. 13. *Quorum si specie delectati Deos putaverunt; quan-
to his Dominator eorum speciosior est, speciosior enim
Dator hac omnia constituit.* 3. Per cordis inspec-
tionem. DEVS intra cor humanum praesens, nostri curam gerens
bona communicans, & intima quaeque desideria intrin-
sece representatur juxta illud Apoc. 3. *Ecce sto ad ostium
tuum: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam,
veniam intro, & cenabo cum illo, & ipse mecum.* 4. Per
restitutionem omnium actionum ad majorem gloriam DEI
dem non solum clarissime conspicientis, sed etiam
ei titulo vendicantis: quem modum S. Paulus 1. Cor.
13. v. 13. *si quis manducatis, sive bibitis,
aliquid quid facitis, omnia in gloriam DEI facite.* Et
Rodriquez p. 1. tr. 6. c. 4. ex omnibus aliis fac-
tibus suavissimum, & utilissimum esse censet, ad mem-
oriam DEI jugiter & fructuose fovendam, modò haec cautela
adhibetur, ut non in ipsa praesentia sola velut in termino per-
sistat, sed eadem ulterius dirigatur ad actiones in consp-
ctionem DEI, ac Domini rectè, decentèrque obeundas.

§. II

De secunda unione per intellectum

I. Celebre Philosophorum scitum est, objectum
ipsam vel per speciem suam intellectui conjunctum
quodammodo fieri, quod usque adeò verum esse
credunt Theologi, ut ipsam etiam beatitudinem
intellectus, scilicet visione & contemplatione DEI
putent. Merito ergo iterum tantò magis Homo
unitus DEO, quantò propiùs ad felicitatem
ipsius Divinitatis contemplationem accesserit.
dem Contemplatione fusissime passim Afecta
tamen, quidquid de ea dici potest, magis exper-

quàm multa & operosa instructione addiscitur, ideo hoc loco breviter duntaxat natura, materia, instrumenta, & fructus illius breviter explicabuntur.

II. Naturam itaque Contemplationis quod attinet, Communis omnium, inquit P. Hugo Roth p. 3. c. 26. sect. 1. qui de contemplandi actu scribunt, sensus est, nomen hoc presè ac propriè indicare quandam rationem, res sibi objectas fixè inspiciendi, quasi intimè velis penetrare; sic enim oculorum sensu perfectè aliquid cognoscimus quando omnibus aliis relictis uni illi totam visus aciem intendimus. Habent quidem etiam liberales scientiæ suas contemplationes, sed à quibus hæc, de qua hic agitur, contemplatio multum distinguitur, cum hæc sit verus actus Religionis, atque in modum Orationis ad DEVM, Cælitèsque dirigatur, quam proinde aliqui sic definiunt: *Est liber, perspicax, & certus intuitus DEI ac rerum cælestium admirationem afferens, in amorem desinens, atque ex amore procedens.* Unde rectè colligit S. Thomas 2. 2. q. 180 a. 7. licet vita contemplativa principaliter in intellectu consistat, principium tamen in affectu habere, in quantum videlicet aliquis ex caritate ad DEI contemplationem incitatur, iterumque desinere in amorem, dum scilicet aliquis in visione rei amatae delectatur, & ista delectatio rei visæ amplius excitat amorem. Qam ob causam contemplatio DEI omni virtuti & studiosæ actioni præponitur, eò quòd in vera caritate omnium virtutum forma, & meritum origine terminetur; per quam terminationem etiam à Meditatione distinguitur, eò quòd Meditatio quærat duntaxat veritatem, Contemplatio verò in veritate reperta dulciter requiescat, & inhæreat. Unde meditatio est velut pes ambulans ad veritatem, Contemplatio autem velut oculus intuitus eam. Meditatio videt DEVM velut in pictura, Contemplatio velut vivam pulchritudinem inquetur, atque adeò longè celerius & efficacius mentem à rebus creatis abstrahit, atque in DEVM per pretiosam æstimationem convertit. Porro duplex communiter ab Ascetis Contemplatio assignatur, scilicet, & acquisita, quarum illa à solo DEO ortum habet, ideòque non clariorem duntaxat intelligentiam rei contemplatæ tribuit, sed etiam ardentioram amorem, majoremque suam vitam in voluntate excitat, quàm acquisita, ut

potere quæ, sicut humano labore ac industria comparatur, plerumque etiam non tam potenter & suaviter afficit, quam admodum contemplatio infusa.

III. Materia Contemplationis multiplex assignatur, quæ tamen ad sex ferè capita revocatur, nempe 1. ad Deum, ejusque attributa ac perfectiones. 2. Ad Christum, ejusque infinitas perfectiones, Vitam, Passionem, ac Mortem. Ad Patriam cœlestem, ejusque Incolas, & gaudia, quæ ibi reperiuntur. 4. Ad Statum Ecclesiæ militantis, ejusque mirandam gubernationem, ac protectionem. 5. Ad mundum visibilem, omnèsque res creatas in eo contentas, ejusque multitudinem, magnitudinem, & pulchritudinem suam, ejusque scientiam, Majestatem, Sapientiam, aliàque attributa, quæ manifestant. 6. Ad nos ipsos, tam secundum superiora, quam naturalia dona & operationes spectatos. In his omnibus objectis facilè patet, hanc viam non habere propriam Contemplationis materiam, sed omnibus rebus communem, atque adeò in solo modo considerandam, nempe scilicet via purgativa reflexionem ad proprias virtutes, cum studio emendationis: illuminativa virtutum suarum, Christi quæ imitationem: Unitiva verò sapientiam, Caritatis dulcedinem perducentem, ut loquitur S. Bonaventura de parv. bon., in prædictorum objectorum contemplatione intendit.

IV. Instrumenta quoque Contemplationis assignantur, sed duplicis præcipuè generis, remota & propinqua, Remota censentur accuratior Materia contemplandæ præparatio cum prævisione fructus & affectus eliciendorum, facilitas discurrendi & affectus elicendi, solitudo libellorum Asceticorum, silentium & solitudo corporis per poenitentia opera castigatio, moderatio passionum in studiis vel aliis laboribus, temperantia in somno, sensuum diligens custodia, & reliqua delectationum cautela. Propinqua instrumenta censentur puritas intentionis, quæ solum DEI benevolentiam semper quærat; & puritas affectionis, quæ solum DEVM dirigatur. Ad quam puritatem non modò referret, inquit S. Aug. l. c. si gradatio, quæ ad dilectionem nititur à S. Bonaventura p. 3. de bon. parv. assignatur.

pendatur, nempe quod 1. per meditationem acquiratur spiritalitas, & suavitas cognitionum, & affectuum. 2. Sequatur gaudium spirituale. 3. Nascatur aviditas seu sicis, qualem S. Scriptura per sitim cervorum exprimit. 4. Ex appetitu oriatur tedium rerum terrenarum, aliorumque impedimentorum à progressu in perfectione retardantium. 5. Mentem invadat sancta amentia, quàm mavult quis omnes molestias subire, quàm divinorum gustum deserere. 6. Crescat fiducia, favores & auxilia varia impetrandi. 7. Optatissima mentis tranquillitas succedat, quàm homo contra quolibet perturbationes solidatit, ut neque cupiditate, neque timore in diversa rapiatur, velut olim in arca Noë inclusi. Sic inquit D. Bonaventura l. c. ad caritatem, cuius profectus omnis boni complementum inducit. In tranquillitate est pacis multitudo, & quasi finis quietis nostra quam Dominus Discipulis promisit.

V. Fructus denique Contemplationis idem S. Bonaventura breviter sequentibus verbis in Itin. c. 24. expressit: *Summum in terris beneficium, quod anima conferri possit, contemplatio est. Habet enim annexas perfectissimas & supremas deletiones: habet consequentes virtutes, dona, beatitudines, & fructus Spiritus Sancti: habet ultimam Spiritus creati cum in creato, adeoque divino unionem, tanto feliciorum, quanto immediatorem: Habet familiaritatem amicitia cum Calitibus: habet pacem cordis, qua per somni Metaphoram explicari solet, habet claritatem ex aeterna Sapientie participatione, sicut S. Benedictus ex unico solis radio totum ante oculos Mundum adducit mirè delectabilem refekionem, cuius abundantia ebrietati comparatur: habet cum Celi Rege, & beata Hierusalem Habitationem: habet semper florentia solatia ob affectuum à terrenis elevationem: habet semper novos caritatis stimulos sicut focus stabris mandescit: habet secreti fidem, quia audit verba, qua nescit eloqui.* Alii eandem arbori, quam olim S. Joannes vidit in Apocalypsi sua. comparant duodecim fructus afferenti, qui sunt. 1. Defectuum correctio. 2. Vitiolum extirpatio. 3. Affectuum ordinatio. 4. Proprii iudicii & voluntatis abnegatio. 5. Tentationum victoria. 6. Virtutum augmentatio.

10. Operum quotidianorum perfectio. 8. Intentionum
rectificatio. 9. Sensuum interiorum & exteriorum ab-
dia. 10. Tribulationum generosa exantlatio. 11. Pacis
& tranquillitatis fruitio. 12. Proximi per bona exempla
& doctrinas ædificatio.

VI. Ex quibus omnibus hæc patet non contem-
plationem, cum sit clara & quieta intuitio divinæ
voluntatem ad perfectum amorem inflammans, ut plurimum
donum perfectorum esse, qui vitiis extinctis & virtutibus
quæsitis atque amore DEI magno condecoratis, eam
tranquillitatem habent, quâ possint mentis obturam in-
figere, & tanquam ligna arida suavissimè igne divini
ardere. Hoc tamen non obstante, neminem, ut notat
go Roth p. 3. c. 26. sect. 1. tam simplicem esse ac rudem
ad contemplationis culmen emergere possit. modo ab
per faciliores discursuum & affectuum vias incedat, & im-
pleat, quod Christus Matth. 7. dixit: *Quærite* (per discursus
& *invenietis. Petite* (ardentia suspiria eliciendo) & *ap-
tis: pulsate* (per intensiores affectus instando) & *aper-
vobis:*

§. III.

De tertia unione voluntatis cum DEO

I. Hæc unio in perfectissima voluntatis humana
divina conformatione consistit, ad quam proinde tra-
runtur. 1. Ut quidquid divinæ voluntati conformetur
mo cognoverit, sive prosperum sit, sive adversum, cum
reverentia, atque alacritate acceptet, & exequatur, ut
non solum velit voluntas humana, quod vult, aut
DEVS, sed etiam purissimo DEI amore allecta, solam
actionibus beneplacitum illius quærat. 3. Ut voluntas
humana tam intimè jungatur divinæ, ut nullum
porius sit, quàm DEVS, nihil scire, nihil cogitare, nisi
DEVS, nihil esse, nihil vivere cupiat, nisi DEI voluntas
II. Quod quidem est supremum vitæ spiritualis fastigium
quod omnia exercitia vitæ unitivæ diriguntur, & in
intimâque cordis læticia, beatitudo hujus vitæ
totius Evangelicæ doctrinæ consistit.

II. Ex hac porro unione sequentes plerumque affectus non sine ingenti animæ emolumento ac solatio sequuntur. 1. *Admiratio* majestatis, aliarumque perfectionum divinarum. 2. *Gaudium* singulare de excellentia & operibus DEI. 3. *Laus & gratiarum actio* pro tot donis, cum desiderio eum videndi, possidendi, honorandi, & obediendi, optando, ut omnes illum agnoscant, ament, eique serviant. 4. *Zelus* fervens divinæ gloria & salutis animarum. 5. *Fiducia* specialis de bonitate & providentia DEI, cum timore filiali, ne quid committat, per quod tantam Majestatem offendat, aut omnino ab ejus amore separetur.

§. IV.

De quarta unione reliquarum potentiarum cum DEO.

I. Inter alia Ascetarum axiomata illud non postremum censei debet, quo dicunt, amorem operibus magis, quam verbis declarari; nam, ut sapienter S. Gregorius in hom. quadam advertit, *nunquam est amor DEI otiosus; operatur enim magna, si est; si autem operari renuit, amor non est.* Hinc & S. Joannes 1. c. 3. hortatur: *Filsoli, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate;* ut scilicet DEVM non tantum ex toto corde & anima, sed ex totis viribus etiam diligamus, id est, quidquid per exteriores sensus & membra loquimur, & operamur, id ipsum quoque ad purissimum DEI amorem ordinemus; sic enim in ipsis etiam moribus & virtutibus DEO assimilabimur, dum scilicet, sicut ipse omnia ad extra propter se perfectissimo modo operatur; ita nos quoque, quæcunque opera ex ejus voluntate suscepta omni possibili diligentia ac perfectione propter ipsum suscipimus & exequimur. Et hoc nempe est, quod Cant. 8. Sponsæ indicavit, dum non solum ab eadem ut signaculum super eor, sed etiam super brachium poni voluit, ut scilicet ex hoc disceret Sponsa, amorem suum non tantum affectivum, sed etiam effectivum esse, & in opus prodire debere.

II. Quare qui hanc quartam & perfectissimam unionem sequi cupit, tria in universis suis operibus præstare studeat. Ut, sicut DEVS omnia opera sua *ordinatè* admodum peregit,

git, sex diebus ea creando, cum tamen unico momento
 Mundum condere potuisset; ita ipse quoque omnia
 sua bene ordinet, & illi soli operi, quod DEVM tunc
 sive per Superiorum præceptum, sive per legum præcepta
 sive per occultas inspirationes cognoverit, totum animi
 virésque magna cum libertate applicet; hoc enim est,
 Thoma Kemp. l. 3. de imit. c. 26. opus perfecti viri, nunc
 ab intentione cœlestium animum relaxare, & inter
 curas quasi sine cura transire, non more torpentis, sed
 gativâ quâdam liberâ mentis. 2. Vt, sicut DEVS
 versis operibus suis Ideam sibi perfectissimam in
 descriptam proposuit, & eidem opera sua sic conformavit,
 dum eadem ipse examinavit, deprehenderit valde
 na; ita & ipse Homo singularum suarum actionum Ideam
 perfectissimam proponat, & eam, quàm studiosissimè
 imitari studeat. Talem autem Ideam vel ipsa natura
 nis, aut Regula Ordinis dicat, aut ipse Christus, qui
 perfectissima Idea omnis sanctitatis ac perfectionis, crea-
 docuit. Hinc & ipse Pater æternus cum velut Ideam
 proposuit dicens: *Hic est Filius meus dilectus, in quo
 complacui; ipsum audite.* Certè hæc potissima Incentiva
 Christi causa fuit, teste S. Laurentio Justiniano serm. 1.
 Cruc., quatenus per assumptum hominem documentum
 berrima tribueret DEVS, quibus peccator Homo am-
 peraret dona, deformatam reformatet imaginem, &
 stem, à qua elongaverat multum, remearet ad Patrem
 rectè S. Gregorius ep. 1. de perf. Christ. dixit: *Quis
 sua sua Pictor est, & Artifex huius voluntas, color et
 virtutes, exemplar Christus esse debet.* Unde omnis
 tus tam longè abest à vera virtute, quàm longè est
 ma, quam verbo & exemplo commendavit Christus
 in carne, quemadmodum S. Bernardus serm. 4. de
 qui & sapienter advertit, Christi amorem & imitationem
 compendiosissimam viam ad perfectionem alle-
 Summa, inquit, *felicitatis nostra est divinæ similitudo
 cipatio, ad quam pervenimus, si DEVM cor à m
 ergo similis DEO fieri cupis, videndo DEVM, sicut
 nam, ut ei similis fias, videndo eum, sicut pro te factum
 per imitationem sacræ Humanitatis ad similitudinem*

summa Divinitatis. Hinc ad eandem imitationem Fratres suos serm. 3. in natal. Dom. adhortans, novum argumentum usurpat dicens: *Obsecro vos, dilectissimi, considerate diligentius, quantum fecerit DEVS pro vestra exhortatione & salute, ne infructuosus in vobis inveniatur sermo tam vivus & efficax, sermo fidelis, & omni acceptione dignus, sermo non tantum oris, quàm operis. Putatis, Fratres, parùm mihi molestum esse, si hoc ipsum verbum, quod nunc loquor ad vos, vacuum, & sine aliqua utilitate deperire in cordibus vestris nõsem? & quis sum ego, aut quis est sermo hic meus? si hunc tantillum vocis laborem inutilem esse doleret Homo pusillus, imò & nihil; quàm iustus indignabitur Dominus Maiestatis, si tantam eius operam nostrà aut duritià, aut negligentia contingat evacuari? avertat hoc à servulis suis, qui pro eorum salute induere dignatus est formam servi. Simus ergo ut Christus, inquit S. Gregorius Nazianz. Orat. 40. in Pasch. quoniam ipse quoque sicut nos; efficiamur Dei propter ipsum, quoniam ipse quoque propter nos Homo factus est. 3. Ut, sicut DEVS statim post creationem Mundi, examinavit opus suum, ita & Asceta frequenter se super Actiones suas reflectat, eumque in finem non tantum post ipsam actionem, sed etiam in quotidianis suis examibus & hebdomodariis, mensurisque recollectionibus inquiret, quantum ab Idea proposita recesserit, & quomodo errorem à se commissum emendare velit.*

CAPUT II.

DE TERMINO VIÆ UNITIVÆ.

I. **E**T si ex iis, quæ in prioribus §§. dicta sunt, satis colligi posset, quis sit terminus viæ unitivæ, scilicet quadruplex unio ibidem explicata. Ut tamen etiam hic terminus sub uno nomine compendiosius & clarius proponatur, placet & hoc subsidio Ascetice studiosum non defraudare.

II. Aio itaque, Terminum supremæ viæ unitivæ esse *perfectam amicitiam cum DEO*: cujus typus erat amicitia inter Jonatham & Davidem contracta, de quibus 1. Reg. 18. licitur, quòd Jonathas dilexit David quasi animam suam; quia anima illius erat agglutinata animæ David; hinc & excolliavit se Jonathas tunicâ suâ, quâ erat indutus, & dedit eam David,

David, & reliqua vestimenta sua usque ad gladium & arcum suum, & usque ad balneum. Et verò perfectionem, quæ lapsus est viæ unitivæ, in hac amicitia consistere, colligitur ex ipsa definitione Amicitia à D. Thoma 2.2. q. 23. 1. art. 2. ubi dicit eam esse amorem mutua benevolentia super qua communicatione fundatum; tum ex proprietatibus Amicitia; uti enim amici perpetuò de se cogitant, & simul desiderant: unum volunt, ac nolunt (nam eadem voluntas nolle firma amicitia est, teste S. Hieronymo in ep. ad Deaconum) omnia sibi mutuò communicant (nam juxta commune verbum, Amicorum omnia sunt communia) in mortali mutuo assimilare conantur (nam, teste eadem S. Hieronymo sup. Mich. Amicitia aut parem facit, aut invenit) in alio non se deserunt (nam, ut Cassander in epist. rectè advertebat: *Qui verè amicus est, omni tempore diligit; non eum totum separat, non labor laxat, thesaurus non superat, alienum non occupat*) ita hæc omnia in ipsa quoque caritatis perfectione suo modo reperiuntur, ut ex dictis patet, & christè S. Ambrosius l. 5. de offic. c. ult. sequentibus verbis firmat: *Quid est Amicus, nisi consors amoris, ad quem tuum adiungas atque applices: cui te tanquam alteri committas: à quo nihil timeas, nihil ipse commodi tui in bono mittas: non enim vectigalis amicitia, non quaestus, quia non gratia queritur, sed gratia; nec licitatione pretiorum, sed voluntia.* Hinc & ipse Christus Apostolis ad perfectionem tum vocatis Joan. 15. dixit: *Vos Amici mei estis, si feceritis, ego precipio vobis. Nam non dicam vos servos, quia servus scit, quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi Amicos, quia omnia, quaecunque audivi à Patre meo, nota feci vobis.*

III. Ex quibus colligitur 1. Illum tandem gratia amicitia cum DEO partes implevisse, qui ita erga se gerit, ut DEVS verè de eo, perinde ac de Davide dicitur sit illud Act. 13. *Inveni David virum secundum carnem, qui faciet omnes voluntates meas.* Unde & tripliciter fructum participare merebitur, quem DEVS Psal. 81. sic dicens: *Oleo sancto meo unxi eum* (id est, tali lætitudine plevi, quæ, sicut oleum omnibus aliis liquoribus superata omnes alias lætities superat juxta illud S. Pauli 1. Cor. 13. *Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum &c.*) manus n

auxiliabitur ei (id est, non exigua gratia, quæ digiti tantum auxilio sit similis, sed copiosa, per potentem DEL manum significata; hinc perinde ut David 1. Reg. 18. in omnibus viis prudenter se geret, quia Dominus erit cum illo) & brachium meum confortabit eum: si enim præcepit DEVS per Salomonem Prov. 4. *Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit*; quanto magis ipse custodiet virum secundum cor suum, ex quo vita spiritualis, scilicet amor perfectus procedit.

IV. Colligitur 2. Hanc solam amicitiam esse veram amicitiam, atque adeo præ aliis quærendam, uti præclare S. Augustinus l. 5. hom. 38. indicavit dicens: *Nihil delectabilius DEO; nam in Homine sunt, qua te offendunt, toleras tamen propter amicitiam. DE amicitia, quibus rebus debet cogi, ut dissolvatur a te, non invenies.* Unde merito exclamat S. Gregorius apud Engelgr. embl. 13. *O mira divina bonitatis dignatio! Servi digni non sumus, & amici vocamur: quanta dignitas est hominum esse amicos DEI!* Itaque audiat Asceta Thomam Kemp. l. 2. c. 8. monentem: *Sine amico non potes bene vivere, & si IESVS non fuerit tibi præ omnibus Amicus, eris nimis tristis, & solatus.* Alloquatur ergo animam suam illis S. Augustini verbis c. 24. manual. *O anima mea, dilige eum, à quo tantum dilecta es. Elige illum amicum tuum præ omnibus amicis tuis, qui, cum omnia subtrahæ fuerint, solus tibi fidem servabit.*

V. Colligitur 3. Quibus mediis hæc amicitia conservanda sit, illis nempe, quæ pius Asceta l. 2. c. 8. indicavit his verbis: *Magna ars est, scire cum IESV conversari: & scire IESVM tenere magna Prudentia: Esto humilis & pacificus, & eris tecum IESVS. Sis devotus & quietus, & manebit tecum IESVS. Potes eum fugare IESVM, & gratiam eius perdere, si volueris ad exteriora declinare. Et si illum effugeris, & perdidideris, ad quem fugies? & quem tunc quæres Amicum? Nonne hoc est magnum damnum, quam si totum perderes Mundum? quid potest tibi Mundus conferre sine IESV?*

✠: (o): ✠

CAPUT

DE TENTATIONIBUS VIÆ UNIV
TIVÆ.

I. PRÆter eas, quæ in via illuminativa enumeratz, & etiam via interdum adhuc infestæ sunt, sequentes vigis viæ unitivæ sunt propriæ, & periculosa. Prima est *perbia* ex bonis operibus orta; cui tentationi, etsi ipsa frequenter medeatur, varias infirmitates corporis & immittendo, ne magnitudo revelationum & bonorum extollat illos; nihilominus tamen etiam ex sua parte operari debent ii, qui in hac via sunt constituti, firmiter scilicet illam Christi Luc. 17. datam doctrinam credentes. *Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite sibi, quod sumus.* Tanta certè Homo quantumcunque peccator apud DEVM debita contraxit propter innumera beneficia etiam si omnes possibiles virtutum actus solus elicere minimam quidem debiti partem solvisse coningere debet; quis autem non stultum diceret illum, qui, cum milliones talentorum deberet, superbiret ex eo, quod quando obolum solvisset?

II. Secunda tentatio *Curiositas* est in rebus divinis periculis, puta solatiis, raptibus, visionibus, revelationibus &c. cui occurrendum, per securum divini beneplaciti positi, cogitando scilicet, quòd Homo perfectus, debet quòd nihil nisi beneplacitum divinum querere debet, & deberet, etsi sine fine ejusmodi gratias experiret, non propter se, sed propter solum beneplacitum DEI committit, quidni ergo propter idem beneplacitum æquè libenter crearet illis?

III. Tertia tentatio est *inanis de propriis virtutibus* cui occurrendum recordatione tum alienorum lapsus, tum propriorum, si vel minimum DEVS manum subtrahat. præclara illa pii Ascetæ l. 3. de imit. c. 14. doctrina non minus semper habenda: *Ceciderunt stelle de celo, & non sumus quid præsumo? Nulla est ergo sanctitas, si manum tuam non subtrahas. Nulla iuvat fortitudo, si conferre non possis. Nulla propria prodest custodia, si non adsit tua sacra*

Nam relinqui mergimur, & perimus, visitati verò erigimur, & vivimus. O quam humiliter & abiectione de meipso sentiendum est! O quam profundè submittere me debeo sub abyssalibus iudicis tuis, Domine, ubi nihil aliud me esse inventio, quàm nihil & nihil!

IV. Quarta tentatio est *Iudicium temerarium* de aliorum factis & dictis: *Libertas* alios increpandi, & de Superioribus etiam conquerendi: *Impatientia* ob aliorum defectus &c. quæ omnes tentationes, si, aut ex una radice, scilicet nimia sui aestimatione oriuntur, ita per eandem humilitatis virtutem occurrendum est, benèque illud verissimum Thomæ Kemp. l. 3. c. 7. pronunciatum perpendendum, quòd scilicet merita non sint ex hoc aestimanda, si quis plures visiones aut consolationes habeat, vel peritus sit in Scripturis, aut in altiori gradu gradu, sed si vera fuerit humilitate fundatus, & divina caritate repletus, si DEI honorem purè & integrè semper quærat: si seipsum nihil reputet, & in veritate despiciat. Sed & illa Casiani coll. 11. c. 10. sententia consideranda: *Evidens indignum est anima nedum vitiorum scæcibus eliquata, in criminibus alienis non affectu misericordie condolere, sed rigidam iudicantiam adhibere censuram.*

V. Quinta tentatio est *Presumptio*, quæ multa supra vires tentantur: cui resistendum firmissimo factò decreto, nihil tentandi, nisi quod vel obedientia præscripserit: vel certè post maturam deliberationem, & orationem præmissam divino beneplacito conforme quis iudicaverit. Stultotum namque est, teste Salomone Prov. 29. totum suum spiritum proferre, ut qui seipsis majores videri appetunt; Sapientes autem differunt, & reservant in posterum, ne penitus evacuentur.

VI. Sexta tandem tentatio est *desolatio* animi, aliæque adversitates, quæ copiosæ non rarò perfectis Hominibus eveniunt: contra quam tentationem pariter scuto, bonæ voluntatis divinæ pugnandum, dicendumque cum pio Asceta in laps. 3. c. 16. *Adesto mihi, Domine IESU, in omni loco & tempore. Et si desuerit consolatio, sit mihi tua voluntas, & iuxta probationem summo solatio; non enim in perpetuum irascèris, neque in æternum comminaberis.*

QUÆ AXIOMATA IN VIA UNITIVÆ
PRÆCIPUE OBSERVANDA SINT.

I. **P**rimum est: *Summa hominis perfectio est, eorum status sui opera perfectè facere: cum enim omnes in Mundo velut theatro maximo Spectaculum DEO, Angeli & Hominibus facti simus, non aliud à nobis exigitur, quam ut Personam à DEO attributam bene sustineamus: hæc Persona nil aliud requirit, quàm ut communia; quæ statui suo conformia opera quisque sedulo & accuratè faciat; unde ex variis historiis compertum est, sæcularibus quoque Personas, & Opificio vel alteri humili statui admodum Macariis, aliisque sanctissimis viris in merito ac sanctè æquales à DEO fuisse declaratas.*

II. Alterum est *Summa Christiani perfectio, Christi imitatio: Nam cum Christus sit Idea perfectissima omnium perfectionis ac sanctitatis, meritò tantò quisque perfectior fierendus est, quantò perfectius huic Ideæ se conformabitur. Hinc S. Bernardus serm. 22. in Cant. verè dicitur: *in cassum laborat in acquisitione virtutum, qui eas à seipso Christo quarit. Et S. Bonaventura in quodlib. serm. 11. hortatur: *Hac sit Sapiëntia & meditatio tua & studium per aliquid de ipso (Christo) cogitare, unde vel potius imitandum eum, vel ad amandum ipsum excitari. Quis enim se quisque ei in virtutis imitatione hic conformaverit, tantò ei in prima gloria & claritate appropinquabit, melior erit.***

III. Tertium: *Vnus Vni: ut olim piissimus Franciscanus dicebat: Unde non immeritò S. Bernardus super Psal. 45. Ecce, inquit, *viam vitæ: à multis dicitur: *Ecce viam mortis: ab uno ad multa. Sed & famulos ex Eremiticis dicere erat solitus, Nunquam in amorem quietum, nec in re quâpiam contentum invenimus, nisi hoc sibi persuadeat, præter DEVM & ipsius amorem.***

IV. Quartum: *Non vivitur in amore sine delectatione: amare DEVM non potest, nisi qui sibi, & cupiditate*

tus est, hoc autem contingere non potest sine grandi dolore, atque adeo etiam dolore; unde merito quidam amorem rosis inter spinas crescentibus comparat. Hinc S. Teresa semper dicere erat solita; aut pati, aut mori. Et S. Maria Magdalena de Pazzis purissimum semper fel desiderabat. Sed & S. Ignatius lignum crucis aptissimum esse dicebat ad amoris ignem fovendum.

V. Quintum: *Non affectus, sed effectus probat amorem*: quia affectus solitariè sumptus fallere potest, non item effectus; hic enim ostendit, amorem non otiosum esse, atque adeo verum amorem judicandum. Hinc & S. Joannes monebat 1. c. 3. *Filioli, non diligamus verbo aut lingua, sed opere & veritate.*

VI. Sextum: *Summa Hominis gloria est solam DEI gloriam querere*: quia summa cuique rei gloria est, finem suum possidere; atqui hunc solus ille & unicus possidet, qui solam DEI gloriam quærit; ad hoc enim conditus est homo, ut cognoscat & amet DEVM, in quo vera DEI gloria consistit.

PARS V.

DE MODO ET MEDIIS PROFICIENDI IN SCIENTIA ASCETICA, DEQUE PRÆSTANTIA EIUSDEM.

Hactenus de natura & essentia Scientiæ Asceticæ dictum est; superest, ut nunc de modo quoque in eadem proficiendi; &, quod non parùm industriam, & alacritatem discendi acuit, etiam de præstantia illius breviter agatur, quod quidem per sequentia duo capita præstabitur.

CAPUT I.

DE MODO PROFICIENDI IN SCIENTIA ASCETICA.

Modum hunc egregiè sapientissimus Salomon exemplo suo docuit, dum Sap. 7. dixit: *Propter hoc optavi, & datus est*

qua intellectu incomprehensibilia sunt, cogitatu stupenda, & au-
ditu admiranda. 2. Ipsius etiam Scientiæ præstantia, quæ se-
quenti capite fusiùs demonstrabitur. 3. Auxiliorum ad
eandem addiscendam paratorum copia & efficacia, cum
enim Deus ardentissimè desideret, hanc scientiam ab Homi-
nibus addisci, & practicari, hoc ipso etiam paratissimus est
ad copiosa auxilia (sine quibus nihil nos posse cognovit) pro
hoc sine offerenda.

§. II.

De Oratione ad scientiam Asceticam addiscen-
dam necessaria.

I. Quàm necessaria sit oratio ad hanc scientiam addi-
scendam, vel ex eo colligitur, quòd, teste S. Jacobo c. 1.
*Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum sit
descendens à Patre luminum; cum ergo Scientia Ascetica uti-
que inter data optima, & dona perfecta numerari mereatur,
merito etiam illa desursum à Patre luminum descendere ad-
eoque per orationem instanter peti, & efficaciter impetrari
debet. Quàmobrem idem Apostolus tam sollicitè monet:
Siquis autem vestrum indiget sapentiâ, postulet à DEO, qui
dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Id
quod egregie confirmans S. Chrysostomus l. 1. de orando
DEO, arbitror, inquit, cunctis esse manifestum, quòd simpli-
citer impossibile sit absque precatiois presidio cum virtute dege-
re, cumque hac vita huius cursum peragere. Etenim qui fiat,
suis virtutem quis exerceat, nisi continenter supplicem ad genua
accidat ei, qui virtutem omnem largitur Homini. Quam do-
ctrinam adeò certam esse credidit S. Augustinus, ut hom. 40.
scire ausus sit: rectè novit vivere, qui rectè novit orare. Et
verò ipsa experientia id ipsum copiosè quoque confirmat,
quàm plurimos licet minùs literatos per ora-
tionis medium summos in hac scientia progressus fecisse, ut
deò verè pius Asceta l. 3. c. 43. in Persona Christi dixerit;
Ego sum, qui doceo hominem scientiam (Asceticam videlicet,
ex contextu patet) & clariorem intelligentiam parvulis
imbuo, quam ab Homine possit doceri. Cui ego loquor, cir-
ca: si cupiens erit, & multum in Spiritu proficies. Ego sum, qui huc
mlem-*

mentem in puncto elevo mentem, ut plures aeterna veritatis
prias rationes, quam si quis decem annis studuisset in schoola.

II. Porro qualis haec oratio esse debeat, memorat
postolus I. c. sat clarè indicavit, dum dixit: *Postulatis autem
in fide, nihil hesitant.* Nam, ut ipse quoque servator
II. monuit, omnia, quaecunque orantes petitis, creditis
accipietis. Certè qui sic à DEO scientiam Asceticam petunt,
meritò sibi illam S. Bernardi S. 5. de quadr. sententiarum
applicare possunt: *Nemo nostram parvipendat orationem
suam: dico enim vobis, quòd ipse, ad quem oramus, non
parvipendit eam.* Postquam egressa est ab ore nostro, ipse scribit
in libro suo, *Et unum ex duobus indubitanter sperare possumus,
quoniam aut dabit, quòd petimus; aut quòd novit petere.*
Cum ergo nihil utilius dilectione atque adeo etiam
scientiâ Ascetica dilectionem docente reperiat, merito
rare potest, se eam certò impetraturum, quisquis eam
ter, & ardentè à DEO petierit.

§. III.

De Cooperatione ad scientiam Asceticam
nendam necessaria.

I. Quantopere haec cooperatio necessaria sit, illi
jam olim Sponsa Cant. I. indicavit, dum ingens quaerens
fiderium conjunctionis cum sponso per illa verba
*tur me osculo oris sui: indicatum: & orationem petens
la: trahere me: insinuatam atque à se adhibitam ostendit.*
tamen etiam suam cooperationem addidit dicens:
*mus in odorem unguentorum tuorum: Quòd ipsum
Paulus I. Cor. 15. confirmavit dicens: Gratia gratias
sum id, quòd sum: & gratia eius in me vacua non est
abundantiùs illis omnibus laboravi.* Porro haec cooperatio
sequentibus ferè industriis consistit.

II. Prima industria est generosa vitiorum &
inordinatarum mortificatio: sic pius Asceta I. 3. dicit
fit dicens: *stude mortificationi vitiorum, quia hoc tibi
bi proderit, quam notitia multarum difficultatum.*
Id quod per ipsam experientiam confirmat dicens:
amando me intimè didicit divina, & loquebatur

plius proficit in relinquendo omnia, quam in studendo subtilia.
 Ut adeo hic quoque vel maximè locum habeat notum illud
 axioma: *Tantum proficies (in scientia Ascetica) quantum
 tibi vim attuleris.*

III. Altera industria lectio spiritualis est, per quam ad-
 disci facilius potest, quod ad hanc scientiam Asceticam per-
 tinet, quam per vivos Instructores, cum plerumque ea, quæ
 in libris traduntur, præcepta majori cum consideratione ex-
 cogitata, ac meliorem in ordinem digesta, pluriùmque
 Censorum iudicio approbata sint. Hinc S. Isidorus l. 3. de
 summo bono c. 8. ait: *Qui vult cum DEO esse, frequenter
 debet orare, & legere. Nam, cum oramus, ipsi cum DEO lo-
 quimur: cum vero legimus, DEVS nobiscum loquitur. Omnis
 profectus ex lectione & meditatione procedit.* Porro duplicis
 generis libri Ascetici sunt, qui de hac materia scribunt; ali-
 qui enim ex Instituto totam Ascetis in bono ordine digestam
 tradunt, & tales sunt P. Jacobus Alvarez, P. Ludovicus de
 Ponte, P. Hugo Roth in via regia P. Bernardinus Rosignol-
 lius, & similes; alii sparsim & sine ordine potiores Ascetico
 doctrinas pertractant, uti P. Alphonsus Rodriguez, P. Petrus
 Pennequin in Isagoge ad amorem divinum, P. Eusebius Nie-
 renbergius de adoratione in Spiritu & veritate, P. Lucas Pi-
 nellus de Perfectione Religiosa; Theophilus Bernardinus
 de Perseverantia Religiosa; item varii tractatus S. Francisci
 Salesii, opera varia R. D. Ludovici Blossii & similes, ex qui-
 bus omnibus magnus in scientia Ascetica profectus hauriri
 potest, si lectio illorum utili sine suscepta, constanter & fru-
 ctuose peragatur.

IV. Tertia industria est frequens cum Ascetico Magistris
 collatio, de cuius necessitate Sapienter Cassianus Collat. 24.
 16. sic discurre: *Etenim cum omnes artes & disciplina hu-
 mano ingenio reperta (qua & nihil amplius quam vita huius
 in modis profunt) licet manu palpari queant, & oculis per-
 spici, rectè tamen à quoquam sine instruentis doctrina neque-
 re comprehendi, quam ineptum est credere, hanc solam non
 esse Doctorem, qua & invisibilis, & occulta est, & que non
 si corde purissimo pervidetur: cuius error non temporale da-
 tum, nec quod facile reparatur, sed anima perditionem parit,
 æternamque perpetuam.* Merito ergo Ascetico Discipulus si-
 bi pa-

148 De Theologia Ascetica præstantia.
bi applicat, quod olim Tobias Senior Juniori dixit, dicitur
à Parente in Rages proficisci iussus diceret: *Viam per quam
pergatur illuc, non cognosco. Cui Pater: Pergo, & impetret
aliquem virum fidelem, qui eat tecum.* Nam, ut sapienter
notavit S. Vincentius Ferrerius in tr. de vita Spir. Sancti
(sine quo nihil possumus) nunquam suam gratiam
illius, qui eum habeat, qui eum deducat in via perfectionis
eligat ductum eius, credens sibi, sufficere, & per seipsum
gare, & invenire, qua sunt utilia ad salutem. Ipsi
Gentium Doctorem, & totius Ecclesie Patrem S. Paulus
DEUS ad Ananiam instruendum misit, ut nemo præter
Magisterium perfectionis assequenda sibi ipsi arrogaret
potius ab alio cum debita subiectione & humilitate
re conaretur.

V. Quarta industria est Exemplorum à sanctis rebus
consideratio: nam, ut rectè S. Basilius opusc. 49. c. 1.
Vita beatorum Hominum literis tradita sunt velut
quadam viva divina reipublica ad honorum operum
nem proposita. Unde quemadmodum Pictores, quando
nem ex imagine pingunt, identidem ad exemplar referunt
characterem ad suum Opificium inde transferre conantur
oportet eum, qui studet seipsum omnibus virtutum partibus
fectum reddere, sanctorum vitas velut simulacrum
viva & efficacia respicere, illorumque bona opera per
nem sua facere.

CAPUT II. DE PRÆSTANTIA THEOLOGICÆ ASCETICÆ.

ET hanc breviter Salomon Sap. 7. indicavit,
Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum
numerabilis honestas per manus illius, & latius
am antecederat me ista sapientia, & ignorabam, quoniam
rum omnium Mater est. Quæ verba licet secundum
lem sensum de ipsa sapientia dicta sint, ut ex veris
secundum Mysticum tamen sensum multò verius
Asceticæ applicari possunt, uti clarè parebit ex
55. in quibus ostendetur, quàm copiosè triplex bona



muniter à Philosophis, Ethicisque assignatum, nempe bonum utile, honestum, & delectabile cum hac scientia obveniat.

§. I.

De Utilitate Scientiae Asceticae.

I. Quod S. Paulus 1. ad Tim. 4. Timotheo scripsit:

Exerce autem te ipsum ad pietatem: nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitae, qua nunc est, & futura. Hoc totum de Scientia Ascetica jure meritissimo dici potest; quid enim Homo magis optare potest, quam ut in hoc exilio vitam longam, pacatam, & omnibus rebus necessariis instructam vivere, & in altero orbe vitam beatam & aeternam feliciter obtinere queat; quod autem aptius, efficacius, & facilius medium excogitari potest ad utramque hanc vitam obtinendam, quam Scientia Ascetica ad perfectionem & perfectam DEI caritatem impellens?

II. Et 1. quidem vitam corporalem quod attinet, quam pacatam, & longam justis sperare potest, quam homo Scientia Ascetica instructus eamque legitime usurpans? Ita sane DEUS ipse Lev. 26. promittit dicens: Si in praeceptis meis ambula veritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluviam temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomae arbores replebuntur: Apprehendet messem trituram vindemiam, & vindemia occupabit sementem, & comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pavore habuistis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris, dormietis, & non erit, qui exterreat. Sed & Psalmista Ps. 33. idipsum indicavit dicens. Quis est homo, qui vult vitam, diligite dies videre bonos? divertite à malo, & fac bonum, inquit, & persequere eam. Quis autem magis & perfectius servat mandata DEI? aut divertit à malo, & facit bonum, quam qui secundum praecepta Asceticae scientiae operans perfectionem caritatis totis viribus obtinere conatur? idem S. Propheta Pl. cit. dixit: Timeate Dominum omnes vestri amici, quoniam non est inopia timentibus eum, quanto magis amantibus eum inopiam obvenire patietur? Si Christus, quoniam DEI, & justitiam ejus quaerentibus omnia necessaria adje-

adjectum iri, promisit, quis magis hoc sperare poterit, qui hoc unicum studet, ut DEUS in ipso per caritatem gnet, atque adeo jure cum Davide Ps. 22. dicere possit: *minus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuae ibi me caruit.* Si denique Salomon Prov. 3. hortatus est: *Non obliviscaris legis meae, & praecepta mea cor tuum capiat; longitudinem enim dierum, & annos vita, & pacem accipiet tibi: quis justius iterum vitam longam & pacatam accipere potest, quam Asceta perfectionis Studiosus, atque ad praecepta Dei perfectissimo modo observans? Ut adeo sibi illa Deut. 30. verba applicare queat: *Elige ergo vitam tuam, ut diligas Dominum Deum tuum, utque obedias illi, & illi adhaereas; ipse enim est vita tua, & longae vitae tuorum.**

III. Non minus verò ad vitam quoque futuram vitam obtinendam est utilis, cum verè de scientia Ascetica suo modo queat, quod Christus Jo. 10. de se dixit: *Non enim, ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Cui sola caritas jus ad vitam aeternam tribuat; Scientia verò sola caritatem perfectissimo modo exercere docet, ritò concluditur, quòd etiam ad vitam aeternam abundantius consequendam specialiter conducatur. Ut adeo rectè Bernardo S. de dilig. Deo exclamare liceat: *O ingenium amoris, quàm dulciter capis, gloriosè illa quens, ab oneras, fortiter stringis, prudenter eruas! O felix ingenium, quo oritur strenuitas morum, puritas affectionum, intellectuum, desideriorum sanctitas, operum claritas, fecunditas, meritorum dignitas, praemiorum sublimitas.*

§. II.

De dignitate Scientiae Asceticae.

I. Etiam hæc dignitas facillè ex objecto Scientiae colligitur; si enim tantò quævis scientia dignitas, quantò honestius, digniusque objectum habet, tanto profectò dignitatem Scientiae Asceticae inesse oportet, eam docet virtutem, à qua omnis dignitas & honor dicitur ortum habet; verè enim *quantitas cuiusque*

mensura caritatis, quam quisque habet, aestimatur, teste S. Bernardo S. 27. in Cant. Et id ipsum confirmans S. Augustinus in Pl. 83. Beatus vir, inquit, qui ascensiones in corde suo disposuit; non gressibus corporis, sed affectibus mentis; amando ascendit, quanto plus amarveris, tanto plus ascendes.

II. Et verò ex ipsa natura caritatis non obscure eadem veritas facile probatur; cum enim proprium caritatis sit unum facere amantem cum amato, necessariò consequitur, ut eandem quoque cum amato dignitatem participet. Unde merito S. Augustinus dicere solebat: *Hoc quisque est, quod amat. Si terram diligis, terra es. Si DEVM diligis, quid vis, ut dicam? DEVS es.* Sicut enim Humanitas Christi per unionem hypostaticam cum verbo eandem cum ipso Deitatem, atque adeò summam etiam dignitatem sortita est; ita id ipsum suo modo de unionem morali, quæ per caritatem fit, dici potest. Hinc præclare Hugo de laude caritatis discurrens, nescio, inquit, quod maius in laude tua dicere possum, quam ut DEVM de calo traheres, & hominem de terra ad calum elevareres; magna virtus tua, ut per te ad hoc usque humiliaretur Deus, & usque ad hoc exaltaretur Homo.

§. III.

De Jucunditate Scientiæ Asceticæ.

I. Sapienter olim S. Augustinus tr. 24. in Joann. dixit: *Scimus, Fratres, quòd omnis Homo gaudere desiderant, sed non omnes ibi quarunt gaudium, ubi oportet inquiri; nam cum ea diliguntur, qua possumus contra voluntatem amittere, necesse est, ut pro eis miserimè laboremus.* Unde clariùs ostendens, ubi verum gaudium inquiri oporteat, S. 30. de Sanctis sic loquitur: *Qui vult gaudere de se, semper tristis est: qui autem de Deo gaudere vult, semper gaudebit, quia Deus sempiternus est.* Unde ulterius hortatur: *Si quaris, quare; sed non tibi quaris; quare in fonte, quia ibi omnia vivunt: quod factum est, in ipso vita erat.*

II. Quanta autem & qualia sint, hæc gaudia, patet tum ex ipsa natura hujus gaudii, quod ex possessione summi boni & ultimi finis oritur, quâ possessione nihil Homini melius & jucundius accidere potest; tum ex S. Thomæ sententia dicentem

dicens: Meliora sunt ubera tua vino, id est, amoris terrena consolationis terrena, quia univ[er]salior afficiens totum hominem: intimior penetrans intima cordis: aurabilior, quam aeternum durat.

III. Neque obstat, quod per multas tribulationes teat nos introire in regnum DEI; nam haec ipse tribulationes in bonum & gaudium cooperantur diligentibus DEUM. praclare S. Bernardus in Ps. dum dixit: *Dua lectio amoris & dulcoris; o adesse, o abesse! primum ad maius meritum, secundum ad maius meritum. Praesentia inveniuntur sentia utilior. In praesentia delectatur anima cum DEO absentia delectatur DEVS in anima. Et hoc ipso etiam delectatur anima, utpote quae plus diligit DEUM, quae atque adeo magis de DEI, quam suo gaudet gaudio.* S. Augustinus, *anima animans, inquit, debet contineri in praesentia DEI, & habitare intra DEVM, sicut melleum mellis habitat apis, quae ita se includit, ut non nisi mel videat, gustet, & tangat; sic illa non aliud, nisi suavitatem aut in ipso DEO tanquam fonte, aut in Crux instillatam gustet; suge, suge, & bibe dulcedinis divinitatem inenarrabilem, immergere, & replere, adhaerere & frueri.*

IV. Audiat ergo Asceta Idiotam c. 17. dicentem: *dilectio, benignissime Domine IESV Christe, qui es misericors, & via rectissima veniendi ad te; nec opus est alia, sed solum amore & dilectione. Via rectissima absque labore brevis absque torio, via plana absque tumulto, via sine quo periculo, via iucunda cum bono socio.*

§. IV.

De facilitate Scientiae Asceticae.

I. Ne autem forte scientiam hanc, cujus praestantiam haecenus descripsi, propter commune axioma, quod pulchrum difficile esse dicitur, arduam nimis atque incertam esse arbitretur, non modicum ad illius certitudinem augendam conducet, si eandem etiam facillimam praestantiam, id quod triplici potissimum argumento praestantiam.

II. Primum ex ipso naturali impulsu: quid enim



cuiquam accidere solet, quàm id, ad quod agendum ipsemet
toto desiderii impetu fertur? ad quid autem magis inclina-
tur, & impellitur homo, quàm ut finem suum ultimum, in cu-
jus possessione, tota felicitas sua consistit, assequatur, atque
adeò magis ac magis semper eidem conjungi satagens, majo-
res quotidie in perfectionis studio progressus faciat? Ita sanè
S. Laurentius Justin. in præm. de grad. perfect. testatur di-
cens: *Hominis proprium est, ut semper proficere appetat, & nun-
quam ab inquisitione torpescat, & ad huiusmodi sollicitudinem
proficiendi naturali impulsu ducitur, & ad hoc est conditus, ut
postiora semper concupiscens perveniat aliquando ad id, quo nihil
est melius, quod est ipse DEVS.*

III. Secundo id ipsum probatur ex objecto scientiæ
Asceticæ, quod est ipsa perfectio seu caritas DEI, quæ per
mandatorum DEI observationem & amoris inordinati erga
res creatas abnegationem præcipuè demonstratur; quid autem
in hoc difficile censeretur? Fingatur Juvenis, qui in-
ordinato fœdissima & leprosa Æthyopiæ amore accensus
innumeros ex ejus consuetudine morbos contraxerit, simul-
que jacturam opum, famæ, sanitatis, & ipsius propemodum
vitæ fecerit; cujus proinde Rex aliquis potentissimus miser-
tus Filiam suam nobilissimam & pulcherrimam in Sponsam
offerat, cum certissimo promisso, quòd eidem sanitatem, opes,
famam cum norabili augmento restituere, æternumque felici-
tatem efficere velit, modo amoris Æthyopiæ renunciet; quis
huic Juveni difficile futurum crederet, amorem suum ab Æ-
thyopiæ fœdissima in Virginem pulcherrimam transferre?
quidni ergo & Homini cuivis facillimum credatur, amorem
suum à vilissimis & falsam speciem pulchritudinis referenti-
bus creaturis in ipsam pulcherrimam, & omnia bona secun-
dum Deitatem transferre? ut adeò meritò Wido de
tranquill. animi c. 2. dixerit: *Facile est iter ad DEVM, quo-
niam exonerando iter; esset autem grave, si onerando iratur.*
Sed nec ipsa mandata ejus gravia sunt, teste S. Joanne 1. c. 5.
quin porius jugum ejus suave & leve tam ob auxiliantis gra-
tiae efficaciam; tum ob promissi præmii magnitudinem; tum
ob consiliorum Evangelicorum impedimenta remouentium
cooperationem; sicut enim volucris, cum utramque habeat
aliam, facile se per aërem librat; quæ tamen si unam tantum
habe-

haberet, difficulter se à terra elevaret, cum sola sit omnia
 rius, quam subsidium; ita qui sola statuit servare præcepta
 eum magna difficultate se, suamque mentem ad celestia
 tollit, atque in perpetuo labendi periculo versabitur; ita
 verò, qui & præcepta & consilia Evangelica servare delectatur.

IV. Tertiò idipsum exemplum sæcularium præceptum
 & parum interdum profuturas scientias cum magna voluptate
 te addiscentium, aut vanas voluptates, honoresque sectantur
 tium probat; quem enim ambitiosum, ait S. Bernardus
 341. ad Monach. vidimus aliquando contentum ad præcepta
 rabus ad alias non anhelare? sic & curiosi cuiusque non
 tur oculus visu, nec auris impletur auditu. Quid? eorum
 avaritia serviunt, aut amatores sunt voluptatum. Sectantur
 sectantur Hominum laudes, nonne & ipsorum insatiabilis
 deria arguunt nos negligentia ac tepiditate? Pudeat
 ritualium nos honorum minus cupidos inveniri. Erubescit
 ma conversa ad Dominum, minori affectu sectari, quam
 quam iniquitatem antea sectaretur. Est enim causa
 similis. Stipendium quippe peccati mors, fructus autem
 vita æterna: Pudeat proinde negligentius nunc in vita
 prius in mortem ire, & minore studio salutis inquirere
 perditionis augmentum.

V. Neque terrere debent tot præcepta ab Ascetica
 tia præscribi solita; nam ut prudenter quidam illustri-
 mus Asceta dixit, quæcunque artes, cum docentur, præ-
 servationum apparatu indigent, ut ab humano ingenio
 cipiantur; postea autem cum in praxin venerint, pulchre
 rarefcunt, ut præter diligentiam & constantiam vitæ
 post DEI faventis clementiam desiderare possis. Fortassis
 in certum opus resolutio brevi tempore omnia ab-
 perumpit. Quæ non capit intellectus, experientia certificat.

OS (? o ?) SO
 ♁